LIBANII
SOPHISTAE GRAECI

declamatiunculæ aliquot, eædemq́ Latinæ, per DES. ERASMVM ROT.

Cum duabus orationibus Lysiæ itidem uersis, incerto interprete, & alijs nonnullis.

IN INCLYTA BASILEA
ex ædibus Io. Frob. Mense
Martio. Anno M. D. XXII.

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI, NICOLAO RVTERIO, epiſcopo Atrebatenſi, inſignis ac florentiſſimæ Louanienſis Academiæ cancellario, illuſtriſs. archiducis Auſtriæ Philippi conſiliario, S. D. ERASMVS ROT.

CVM NVPER eſſem declamationes aliquot Græcas nactus, præſul ampliſſime, eiſqꝫ uertendis periculū de me ipſo facere ſtatuiſſem, quantum in utriuſqꝫ linguæ facultate feciſſem operæprecium, circūſpicienti mihi, cui potiſſimum hoc progymnaſmatis cōſecrarem, tu primus, atqꝫ adeo ſolus, occurriſti. Cui enī potius, etiam ſi nihil aliud, conuenit ſtudiorum noſtrorum prouentus appendere, quàm huius florētiſſimæ ſcholæ cancellario, id eſt omnium ſtudiorum moderatori, ac principi perpetuo? Huc igitur ſponte eunti, multum & fiduciæ, & animi addidit, cum paſſim per ora mortalium uolitans tuarum uirtutum fama, tum præcipue hoſpitis mei Ioannis Paludani, hominis doctiſſimi atqꝫ humaniſſimi penè quotidiana prædicatio, qui mihi totius animi tui ſimulachrum quoddam abſolutum ita depinxit oratione, ut nullus Apelles corporis figuram penicillo expreſſerit euidentius. Atqꝫ inter innumera tua decora, illud in primis memorabile, quod cum perpaucis mortalium contigerit uni principi diu placuiſſe, tu ſingulari quadam ſapientia,

raraqꝫ

raracp morum dexteritate, quatuor iam Burgondionum duci bus, alij post alium, sic perpetuo placuisti, placesq;, ut nullus in ter aulicos proceres tantundem gratia floreret, autoritate pol leret, sapientia prospiceret, consilio prodesset. Quum interim tu tam longo nihil unquam de tua synceritate aula detriue rit, tu semper aliquid de illius moribus emendaris. Nec minus insignis illa tua laus, quàm ea quã uni Nestori tribuit Home rus, quod incorrupta tua in agendo integritas, simplex in dicẽ do libertas, semper fuit principibus gratior, multitudini popu larior, quàm aliorum obsequiosa assentatio. Quid ego iam re feram, toties obitas summa cum laude legationes, quæ quidẽ faciunt, ut apud exteros quoq; longe lateq;, solis instar, tui no minis splendor sit propagatus? Quid amplissimos honores, non tam fortunæ munera, quàm uirtutum tuarum præmia, quos omnes ita gessisti, gerisq;, ut longe plus illis per te, quàm tibi per illos, dignitatis accesserit: neq; tam tu honoribus, quã te honores felices esse uideantur? Verum hæc quidem, quia sunt amplissima, deterrere poterant, nisi me illa rursus inuita rent, quod audio te, ut literis ac pietate insigniter esse præditũ ita omnes, in quibus egregium aliquod probitatis, aut doctri næ specimen eluceret, singulari semper amore complecti, effu sissima beneficentia solere prosequi. Neq; prorsus alium mul tis iam seculis extitisse, qui pari, atq; tu, studio, libertate, dimica tione, inuidiæ contemptu, tum ecclesiæ, tum studiorum digni tatem, fortunasq; tueretur. Adeo quicquid facultatis, uel tua tibi fortuna largita est, uel peperit industria, id totum ad ornã dos, iuuandos prouehendosq; probos, ac doctos uiros cõfer re gaudes. Hæc quidem, & cum his alia plurima ubi cognouis sem, pater humanissime, cum ultro mihi iam dudum ardebat animus, tum hospitis adhortatio, quasi currenti calcar accessit, ut tuam amplitudinem mihi quoquo modo demererer. Au xit insuper fiduciam, quod recordarer olim, ut refert Plutar chus, tenuem quendam ac plebeum hominem, donato, præ

Nestor in consilijs & liber & gra tiosus.

Ex Apoph thegmatis. Plutarchi

In uita Maronis. grandi malo, magnam ab Artaxerxe rege gratiã iniſſe. Tum
Maronem Augusti beneuolẽtiam unico disticho redemisse:
neq; raro aliâs, summos uiros exiguis munusculis impẽdio fu
isse delectatos. Postremo, quod eleganter scripsit Plinius, nu-
In præfatione historiæ naturalis. minibus ipsis salsa mola litare eos, qui thura non habent. Qui-
bus rebus fretus, ausus sum & ipse tuæ præcellentiæ, hos quasi
tres flosculos, strenulæ uice, dono mittere, de Græcorum rosa-
rijs decerptos. Quãdoquidem hoc nomine uel Pæstanas de-
licias uincunt musarum hortuli, quod nullo mense nõ uernãt.
At primus quidem longe bellissimus, ac fragrãtissimus in La-
Libanij laus tinum sermonem transplantatus est, de cultissimis areolis Li-
banij Sophistæ, cui doctorum hominum calculis, inter Attici-
stas præcipuus locus tribuitur. Eius ille seminarium, hoc est ar
Homerus ingeniorũ fons. gumentum, ab omniparis Homeri campis desumpsit, idq; ex
Antenoris oratione, libro Iliados tertio. Vbi refert Menelaũ,
atq; Vlyssen, quum ad res repetẽdas Troiam uenissent, apud
se fuisse diuersatos, & utriusq; speciẽ ac dictionem, à se diligen
ter animaduersam describit, confertq;. Dialectos Attica est,
Dialectos. quanquã nihil omnino Veneris Atticæ deest. In Menelai per
Decorum. sona decorum mire seruauit. Nam & Spartanam illam in dicẽ
Liberior Spartano. do simplicitatem libertatemq;, quæ prouerbio quoq; locum fe
cit, scite adumbrauit: tum uelut ex Homerico archetypo, regi
summam animi magnitudinem appinxit, sed summa cũ mo-
deratione, neq; non animi iucunditate cõiunctam. Nam Pria
mum etiam laudat, à populo uero omnem criminis inuidiam
in unum Paridem confert: ac ne in hunc quidem quicquam
atrocius aut rabiosius dicit. Porrò bellum ita dissuadet, ut ipse
iam de uictoria securus, tantum ipsorum rebus consulere ui-
Suauiloquẽtia cum breuitate. deatur. Deniq; breuiloquentiam nominatim etiam effinxit, q;
quidem, præterquã quod homini Laconi quasi gentilicia est,
peculiariter in Menelao, cum subtilitate, elegantia, iucundita-
Laconismus. teq; fuisse coniunctam Cicero, Fabius, & Gellius testãtur, sed
omnes eundem autorem Homerum sequuti: cuius hæc uer-
ba sunt

ba ſunt in eo loco, quem modo retulimus:
ἀλλ᾽ ὅτε δὴ μύθους, καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον
ἤτοι μὲν μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε
παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος
οὐδ᾽ ἀφαμαρτοεπὴς, εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν.
Quæ nos utcunq; uertimus ad hunc modum:
Verum ubi conſilia, & ſermones texere cunctis
Cœpere, ſtrictim eſt Menelaus pauca locutus,
Pauca, ſed argute nimium: neq; multiloquus, nec
In uerbis errans, quamuis natu minor eſſet.

Penè ad uerbum.

Porrò altera declamatio è Tragœdia ſumpta eſt: tertia ex Iliados ultimo, ubi in comploratione Hectoris ferè ſimilia lamentatur Andromache. utraq; autem ut incerto autore, ita notæ multo inferioris. Quanquam res tota leuicula eſt, ſed in hac placuit primã huius laboris aleam experiri, ne uidelicet iuxta Græcam parœmiam ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν, id eſt, In dolio figulariam, ſed potius ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον, id eſt, In Care periclitarer. Secutus ſum ueterem illam M. Tullij regulam, ut in uertendo, ſententias modo mihi putarim appendendas, nõ annumerãda uerba. Tametſi nouus interpres, religioſior eſſe malui, quàm audacior. Verum quantum noſtro conatu ſimus aſſecuti, aliorum eſto iudicium. Illud unum teſtamur, nimirũ experimento docti, nihil eſſe difficilius, quàm ex bene Græcis, bene Latina reddere. Quod ſi cognouerimus hæc noſtra præludia, & quaſi primitias, tibi non diſplicuiſſe: tum tuo iudicio, tuaq; autoritate freti magno animo ad maiora accingemur, iamq; non floſculos, ſed fruges de literarijs ſegetibus collectas mittere audebimus. Vale pater, ac præſul ampliſſime, ac me, meaq; ſtudia in tuam clientelam aſſcribere dignare. Louanij. Anno à Chriſto nato M. D. III. Decimo quinto Calendas Decembr.

PRIMA EXPERIENTIA IN UERTENDIS GRAECIS.

PRIMA EXPERIEN-
tia in uertendis Græcis.

DECLAMATIO

LIBANII SOPHISTAE SVB PERSO-
na Menelai, pro cõcione Troianorum, Helenã
& res repetentis, ni reddãt, armis iniuriam
ulturum se denunciantis, Latina fa-
cta, DES. ERASMO
ROT. interprete.

SI QVIDEM Paris, uiri Troiani, uel ullam æqui boniq; rationem habere uoluisset, nihil in præsenti opus erat, neq; concione, neq; armis, neq; legatione: sed tum nos domi rebus omnibus integris uersaremur, tum uestræ uobis fortunæ in tuto cõsisterent. At posteaquam ille rectum post habuit uoluptati, appulimus, Troiani, non quo quempiam iniuria uiolemus, sed uti quæ nostra ipsorum sunt recipiamus, utiq; si licebit. Itaq; Græcorum quidem exercitum è mœnibus nimirum conspicitis, ac multitudinem oppido quàm ingentem, & apparatum haud mediocrem: nos tamen adeo cauendum nobis, prospiciendumq; putauimus, ne quid præter æquum committeremus, ut quum arma in promptu sint, uerbis prius uti maluerimus: ut si qđ ius est, id postulatione cõsequmur, protinus hinc facessamus: sin minus, tũ uero quæ proxima sunt experiamur. Neque enim nostri est instituti, ilico ad manus uenire: neq; rursum fieri potest, ut irrita legatiõe dimissi conquiescamus. Vobis iam in manu est, utrum malitis Paridis uo-

ΜΕΛΕΤΗ ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ.

Εἰ μὲν ἐβούλετο Ἀλέξανδρος, ὦ τρῶες, κἂν μετὰ μικρὸν εἶναι δίκαιος, οὔτ' ἐκκλησίας νῦν ἔδει, οὔθ' ὅπλων, οὔτε πρεσβείας. Ἀλλ' ἡμεῖς τ' ἂν οἴκοι διετρίβομεν πᾶσιν ἀγαθοῖς, ὑμῖν τ' ἂν ἔξω φόβων καθεστήκει τὰ πράγματα. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ δικαίου τάξιν δευτέραν πεποίηται τῆς ἡδονῆς, ἥκομεν μὲν, ὦ τρῶες, ἀδικήσοντες μὲν οὐδένα, τὰ δὲ ἡμέτερα αὐτῶν κομιούμενοι, ἐάνπερ ἄρα ἐξῇ. Τὸ μὲν οὖν στρατόπεδον τῶν ἀχαιῶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ὁρᾶτε δήπου, καὶ τὸ πλῆθος ὅσον, καὶ τῆς παρασκευῆς τὸ μέγεθος. Ἡμεῖς δὲ τοσαύτῃ προνοίᾳ χρώμεθα, τοῦ μηδὲν ἀνεπιεικὲς ποιεῖν· ὥστε καὶ τὰ ὅπλα παραστήσαντες, προτέροις χρώμεθα τοῖς λόγοις. Ἵν' εἰ μὲν ἀπὸ τῆς πρεσβείας τῶν δικαίων τύχωμεν, εὐθὺς, ἀπίωμεν, εἰ δὲ μὴ, τάγε δεύτερα πράττωμεν. Οὔτε γὰρ εἰς ἔργον παραχρῆμα καθίστασθαι τῶν ἡμετέρων τρόπων, ἀπράκτου δὲ τῆς πρεσβείας ἀπελθούσης, ἡσυχάζειν οὐκ ἔνεστιν. Ἔστι τοίνυν ἐφ' ὑμῖν, ἢ περὶ πλείονος ποιήσασθαι τὴν ἡδονὴν Ἀλεξάνδρου

dis uoluptatem uestræ ipsorum anteponere incolumitati, an cum Helena simul & bello liberari. Nam ad hunc usq; diem raptionem uni Paridi imputamus: neque ullam iniuriarum in nos partem, ad communem Troianorum populum autorem referimus. Quanquam mox concilij præsentis exitus, aut hanc nostram confirmabit opinionem, aut certe palàm faciet, facinus quidem proprium illius esse, cæterum consilium commune omnium. In hoc enim apparebit uos Alexandri factis communicare, si in dicendis sententijs illi ad gratiam obsequundabitis. Sin uero præter illius sententiam, quod æquũ rectumque est, id statuere uoletis, ita demum in eo crimen omne circumscribetur. Ac mihi quidem ea semper fuit consuetudo, ne quibus omnino de rebus orationem in longum proferrem, idq; adeo mihi recte uideor facere. Nam pro causa minus æqua, ne exordiar quidem dicere. Bonis autem causis, & breuem orationem sufficere arbitror. Reor autem, etiam si aliàs uerbosior esse consuessem, tamen in præsenti negocio oportere ad quàm paucissima sermonem contrahi. Hoc enim uel ex omnibus unum est huiusmodi, ut nihil operosum, nihil magnum postulet, quum liceat aduersarium simplici nudáque rogatione conuincere. Ac mihi iam per Iouem hospitalem, responde Pari, an non tulisti, quæ ad te non pertinebant? Igitur restitue. Tulisti per iniuriam? Igitur & pœnam debes. Videlicet è duobus alterum necesse est, aut doceas te nihil abstulisse, aut si fateris istud, desinas etiam uelle defendere. Quod autem me spoliaris ijs, quæ mihi erant charissima, ne dignaberis quidem inficiari. Audio enim te ex malefactis laudem quoque quærere. Id quum ita habeat, æqui honestiq; ratio distabat, ut ab nostris temperares. Ad quæ tu quidem communi hospitum lege admissus, plus quàm hostilia reposuisti. Neq; enim existimetis eum palàm in nos structis insidijs rẽ tantã potuisse. Neq; uero aut illum usq;

Breuiloquẽtia Menelai

γνώμη.

Constitutio causæ.

Attingit statũ inficialẽ.

Tractat iuridicialem.

ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν ἀσφαλείας, ἢ μετὰ τῆς Ἑλένης ἀπηλλάχθαι, καὶ τοῦ πολέμου. Μέχρι μὲν οὖν τῆς παρούσης ἡμέρας Ἀλεξάνδρῳ μόνῳ τὴν ἁρπαγὴν λογιζόμεθα, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς ἐπηγγελμένων οὐδὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Τρώων πεποιηκέναι νομίζομεν. εἰ δὲ τῆς νῦν ἐκκλησίας τέλος, ἢ βεβαιώσει ταύτην τὴν δόξαν, ἢ τὸ ἔργον ἐκείνου, τὸ δὲ βούλευμα κοινὸν ἁπάντων ἀποδείξει. ὧν μὲν γὰρ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου θεραπείαν χάριν, κοινωνεῖν δεῖ τῶν πεπραγμένων, ὧν δὲ περὶ τὰ τῆς ἐκείνου γνώμην μέτριόν τι ποιεῖν ἐθέλειν, ἐκείνῳ τὴν μέμψιν ὁρίζει. Ἀεὶ μὲν οὖν ἔμοιγε συνηθὲς μὴ μακροὺς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἀποτείνειν τοὺς λόγους. καὶ τοῦτ' εἰκότως οὕτω μοι δοκῶ ποιεῖν. ὑπὲρ μὲν γὰρ τῶν ἀδίκων οὐδ' ἂν εἴποιμι τὴν ἀρχήν, τὰ δὲ δίκαια, καὶ βραχείας ἡγοῦμαι δεῖσθαι ῥήσεως. οἶμαι δὲ εἰ καὶ μακρολογεῖν εἰώθειν, τὸ δὲ παρὸν συστεῖλαι ἂν ὡς ἐλάχιστον τοὺς λόγους. τοῦτο γὰρ μόνον τῶν ἁπάντων οὐδὲν ἀπαιτεῖ δύσκολον, οὐ δὲ σοφόν, ἀλλ' ἀπὸ ψιλῆς ἐρωτήσεως, ἑλεῖν δεῖ τὸν ἀνθιστάμενον. Καί μοι ἀπόκριναι πρὸς Διὸς ξενίου Ἀλέξανδρε, ἔλαβές τι τῶν οὐ σοὶ προσηκόντων; οὐκοῦν ἀπόδος. ἔλαβες ἀδίκως; οὐκοῦν προσοφείλεις δίκην. Δεῖ γὰρ δήπου δυοῖν θάτερον, ἢ μηδὲν εἰληφέναι δεικνύειν, ἢ τοῦθ' ὁμολογοῦντα μηδὲν ἀντιτείνειν ἔτι. ὡς μὲν οὖν οὐκ ἀφείλου μὲ τὰ τιμιώτατα πάντων, οὐκ ἀξιώσεις ἀρνεῖσθαι. ἀκούω γὰρ σεμνύνεσθαί σε τοῖς ἀδικήμασι. τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, ὁ τοῦ δικαίου λόγος ἀποστῆναι σὲ τῶν ἡμετέρων ἔταξεν. ἐφ' ἃ γὰρ κοινῷ μὲν νόμῳ τῶν ξένων εἰσεδέχθης, διέθηκας δὲ, τῶν πολεμίων πικρότερον. μὴ γὰρ οἴεσθε τὴν ἐπιβουλὴν αὐτὸν ὑμῖν ἐμφανῆ καταστήσαντα, τοσαῦτα δὲ δεδυνῆσθαι. μὴ δὲ οὕτω, μήτε τοῦ-

lum usque adeo strenuum esse, aut nos in tantum oscitabun dos, ac supinos, ut ille cum denunciatione talia facturus fue rit, nos autem si præsciissemus ea fuerimus passuri. Sed quem admodum res acta sit, audite. Paris enim eam, non ut habet, sed quatenus sibi iudicauit conducere, eatenus forsitan uobis retulit, mendacium maleficio tegens. Nemo siquidem eo rum qui peccarunt, culpam agnoscit. Quin potius modis o mnibus uerum peruertunt, pariter agentes, ut tum ex scelere plus commodi ferant: tum ex inficiatione probi, frugiq; habe antur. Res igitur ex præparato confecta est ad hunc mo

Narratio. dum. Appulit in Laconicam Paris, cultu quidem ac specie nō illiberali uisendus: tum famulitium adducens, unde conijce res eum haud quaquam de plebeiorum esse sorte. Vt uero Spartam ingressus est, præter alia, præcipue mira in obuium quemq; comitate utebatur, non mediocrem probitatem, atq; modestiam adsimulans. Desiderabat autem hospitium. Quæ simul atque audissem, meas, inter alios, partes, potissimum es se ducens, hospiti omnia suppeditare, familiam aperui, & ad ea quæ mihi sunt charissima, uolens lubensq; induxi, nempe uxorem & filiam, nihildum horū cogitās, Troiani, quæ post mihi acciderunt. Ratus enim Iouem eius negocij præsidem, & conciliatorem esse, persuaseram mihi pari erga deum reli gione futuros, & qui hospitem excepisset, & qui excipien tis humanitatem fuisset expertus, multóq; adeo maiore hunc qui fuisset acceptus: nimirum quo plus commodi cepit is, qui beneficio adiutus est, præ hoc qui beneficium præstitit. Velut & in præsentia quanto putatis animo suspicimus & ob

Antenori fa uet Græcus seruamus Antenorem hunc uirum excellentissimum, cui quā optime & cupimus & precamur, nihilq; minus uelimus quā eiusmodi quippiam in sua illi familia contingere. Itidem & tum hospitem iusta comitate benignitateque prosequebar.

Prodeat

τὸν εἶναι θαυμαστὸν, μηδ' ὑμᾶς ὑπτίους. ὡς τοῦτον μὲν ἐκ προρρήσεως ταῦτ' ἂν ποιῆσαι, ἡμᾶς δὲ προειδότας ταῦτ' ἂν παθεῖν. ἀλλ' ὅπως ἔχει τὸ πρᾶγμα ἀκούσατε. Ἀλέξανδρος οὐχ ὡς ἔμελλε τἀληθὲς φυλάξειν, ἀλλ' ὡς ᾤετ' αὐτῷ συνοίσειν, οὕτως ἴσως πρὸς ὑμᾶς ἀπήγγελλε, κλέπτων ψευδολογίᾳ τὴν πονηρίαν. οὐδεὶς γὰρ πώποτε τῶν ἠδικηκότων ὡμολόγηκεν ἃ τετόλμηκεν, ἀλλὰ πάντα τρόπον διαστρέφουσι τἀληθὲς, ἐκ μὲν τῶν ἀδικημάτων πλέον ἔχειν, ἐκ δὲ τῆς ἀρνήσεως χρηστοὶ δοκεῖν εἶναι βουλόμενοι. τὸ μὲν τὸ πρᾶγμα τοῦτον ἐσκευωρήθη τὸν τρόπον. κατέπλευσεν εἰς τὴν λακωνικὴν Ἀλέξανδρος, σχῆμα περιβεβλημένος οὐ φαῦλον, καὶ θεραπείαν ἐπαγόμενος, ἀφ' ἧς εἰκάζετο, οὐ τῶν τυχόντων εἶναι, ἀναβὰς δὲ εἰς τὴν σπάρτην, τά τε ἄλλα, πρὸς τοὺς προστυγχάνοντας ἐφιλανθρωπεύετο, καὶ πρᾳότητα πολλὴν, καὶ σωφροσύνην πλαττόμενος ἐδεῖτο ξενίζεσθαι. ἀκούων δ' ἐγὼ ταῦτα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐμαυτῷ προσήκειν ἡγούμενος τῷ ξένῳ πάντα ὑπουργεῖν, ἀνέῳξα τὴν οἰκίαν, καὶ εἰσάγων ἄσμενος ἐπὶ παῖδα, καὶ γυναῖκα τὰ τιμιώτατα, οὐδὲν, ὦ τρῶες, ἐννοῶν ὧν ὕστερον ἔπαθον. συναγωγέα γὰρ τοῦ πράγματος ἡγούμενος εἶναι τὸν δία, τὴν αὐτὴν ᾤμην αἰδῶ σώζεσθαι πρὸς τὸν θεὸν, ὑπό τε τοῦ δεξαμένου τὸν ξένον, καὶ τοῦ τετυχηκότος φιλανθρωπίας, μᾶλλον δὲ πλείω παρὰ τοῦ ξένου, ὅσον περ ὁ παθὼν εὖ τοῦ πεποιηκότος μείζω κεκέρδηκεν. ἐπεὶ καὶ νῦν ἡμεῖς ἐγώ τε καὶ ὀδυσσεὺς ἀντήνορα τουτονὶ τὸν βέλτιστον, πῶς οἴεσθε θαυμάζομεν, καὶ συνευχόμεθα τὰ βελτίω, καὶ βουλοίμεθ' ἂν αὐτῷ μηδὲν τοιοῦτο περὶ τὸν οἶκον συμβῆναι. οὕτω τοίνυν καλὴν ἐμοῦ δεξιότητα περὶ τὸν ξένον ἐνδεικνυμένου, καὶ

Prodeat Paris,dicatq; num qua re opus habuit,quam non ac ceperit:num quando diuturnam ipsius consuetudinem mole/ stius ferre u isi sumus:nunquid seu magnum,seu paruum,non præberi sensit:nuncubi parsimoniam nostram aut sordes ani/ maduertit,quam damnarit:num quam in sese iniuriam depre hendit. Si quid omnino his de rebus incusat,eloquatur,doce/ at,& nos uix millesimam partem eorum quibus eramus digni passos esse fatebimur. Verum haud quaquam possit,eóq; nec assurgit. Nos itaq; quum incustodite atq; inobseruanter agere mus,uidelicet tanquam cum amico iam & familiari,nobisq; nostra fiducia securitatem attulisset: id quod & reliquis erga quemlibet consueuit accidere:quod his in rebus fas iusq; sua/ det,id omne,Troiani,diuersam in partem trāstulit:proq; hu/ manitate maleficium,pro hospitalitate maleuolentiam, pró/ que hospitio rapinam, pro honore contumeliam, pro fide crudelitatem reposuit:neq; deos metuens,neq; eos, quorum erat expertus benignitatem reueritus,ne uestra quidem causa pudescens, aut Priami patris, quē audimus religionis ac nu/ minum egisse curam,ac planè sollicitum fuisse,ut ne quid de/ linquere uideretur. Hæc omnia,atq; his etiam plura, pro mini mo duces,uxorem meā rapuit,insuper & pecuniæ uim aspor/ tauit:ut de famulis interim,multisq; præterea dicere superse/ deam. Quorsum enim attinet,hæc persequi ad longum,apud eos qui ipsi liquidò norunt? Namque ex ijs quæ huc depor/ tauit, satis ostendit, quantum rerum à nobis abstulisset. ne nunc quidem aliunde diues quàm nostris damnis diues est. Quod si quis uelit palàm indignitatem negocij pernoscere,nihil alio quopiam mortalium eguerit, tantum ipsius Alexandri do/ mum adeat,eumq; ad hunc percōctetur modum: Mulier/ culam istam,cedò,unde tandem nactus possides? Num quē admodum pater tuus matri tuæ coniuxit, itidem tu quoque Helenam domi habes cōiugij iure ductam? Nimirum aut fa cti pudens mentietur,aut uera loquens,maleficiū cōfitebitur.

Neq;

τοῦ χρόνου προϊόντος, εἰ πάντων παρελθὼν Ἀλέξανδρος, εἴ τινος δεηθεὶς ἠτύχησεν. εἰ τῷ πλείονι τῆς διατριβῆς δυσχεραίνοντες, ὤφθημεν, ἢ μικρὸν, ἢ μεῖζον ἀποστραφέντες, ἤσθετο. ἢ μικροψυχίαν ἡμῶν οἶδε καταγνοὺς, εἰ πρὸς ἑαυτὸν ἐνιδὼν ἀδικίαν. εἴ τινος ὅλως ἐπιλαμβάνεται τῶν περὶ ταῦτα, λεγέτω, δεικνύτω, καὶ πολλοστὸν ὧν ὀφείλομεν ὁμολογήσομεν πεπονθέναι. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι, διότι περ οὐκ ἀνίσαι. Ὄντων δὲ ἡμῶν ἀφυλάκτων, ὡς ἂν πρὸς τὸν φίλον καὶ γνώριμον, καὶ διὰ πίστεως εἰς ῥαθυμίαν ἀγούσης, πῶς ἄν τις χρήσαιτο τοῖς λοιποῖς, μετέθηκεν, ὦ ἥρωες, τὸν περὶ ταῦτα θεσμὸν εἰς πᾶν τοὐναντίον, καὶ ἠμείψατο τὴν μὲν φιλανθρωπίαν ἀδικίᾳ, τὴν δὲ φιλοξενίαν πονηρίᾳ, τὴν δ' ὑποδοχὴν ἁρπαγῇ, τὴν δὲ τιμὴν ὕβρει, τὴν δὲ πίστιν ὠμότητι, οὐ θεοὺς φοβηθεὶς, οὐ τοὺς εὖ πεποιηκότας αἰδεσθεὶς, οὐχ ὑμᾶς αἰσχυνθεὶς, οὐ τὸν πατέρα Πρίαμον, ὃν ἀκούομεν περί τε τὸ θεῖον ἐσπουδακέναι. καὶ ὅλως τῶν φροντίδι πεποιῆσθαι τὸ μηδὲν δοκεῖν ἐξαμαρτεῖν. ταῦτα πάντα, καὶ ἔτι πλείω τούτων παρὰ φαῦλον θέμενος, ἀφείλετο μὲν τὸ γυναίκιον, προσαφείλετο δὲ χρημάτων ὄγκον, οἰκέτας δὲ σιωπῶ, καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις. τί γὰρ ἄν τις μηκύνοι, πρὸς ἀκριβῶς εἰδότας; ἐκ γὰρ ὧν ἧκεν εἰς ἡμᾶς ἄγων, ὅσων ἡμᾶς ἀπεστέρηκεν, ἔδειξε. καὶ πλουτεῖ νῦν ἐκ τῶν ἡμετέρων κακῶν. καὶ ὅστις βούλεται τὴν παροινίαν σαφῶς καταμαθεῖν, οὐχ ἑτέρου δεήσεται, ἀλλ' εἰσελθὼν οἴκαδε ὡς Ἀλέξανδρον ἐρέσθω. τουτὶ δὲ γὰρ γύναιον, ὦ τᾶν, πόθεν ἔχεις λαβών; ἆρ' οὖν ὥσπερ ὁ πατήρ σου τῇ μητρὶ τῇ σῇ συνῴκηκεν, οὕτω καὶ αὐτὸς Ἑλένῃ συζῇς νόμου κοινωνίας ἡγησαμένου; ἢ γὰρ ψεύσεται τὴν πρᾶξιν αἰσχυνόμενος, ἢ τἀληθῆ λέγων ὁμολογήσει

Neq; uero quenquam uestrum oportet offendi, si libera nostra uidetur oratio. Primum: neq; nos, quæ par est, consequemur, neq; uos quæ oportet cognoscetis, nisi negocium, ut gestum est ita narretur. Deinde hinc uel maxime licebit perpendere quantum habeant indignitatis, quæ facta sunt. Etenim si ubi quispiam quæ passus est, ea palàm exponit commemoratione offenduntur ij qui fecerunt, quomodo consentaneum est eos affectos esse, qui rebus ipsis læsi sunt? Ad hæc autem ne fieri quidem potest, ut postulationem suam quis æquam esse demonstret, nisi facinoris autorem nocentem ostendat. Videte igitur quàm expedita, quamq; æqua proponimus. Nam duæ profecto res sunt, quæ reum à causa liberant, aut si nihil omnino patrauit, aut si quæ fecit, iure sunt facta. Quod si neque raptionem inficiari potis est, neque iustam docere sustinet, profecto quod superest, per se liquet. Quæ tandem igitur honesta ratio? Cepi, inquit, ac teneo, molestus ne sis. Atqui non satis est cepisse, neque tenere, Pari. Fit enim, ut & tollat quis unde non deceat, & possideat, non sua. Neq; enim ideo protinus iure quis possidet, quia rem nactus est, sed ita demum, si citra culpam. Eoq; non simpliciter spectari conuenit, si quid capiatur, sed longe magis quibus rationibus capiatur. Hinc enim & illud perpenditur. Vides impune non esse sacrilegis, res deorum sustulisse. Cæterum si possedisse per se efficax esset ad defensionem, oporteret quicunque rem penes se esse fateantur à negocio liberari. Nunc, ut opinor, solum isthuc, ac præterea nihil, crimini uertendum est, si quis teneat in quæ ius non habet. Itaque non satis est per se manum iniecisse, sed accedat necessum est, citra iniuriam. Neque enim si nunc Paris, exacto patre, & arrepto imperio, uestris fortunis dominari contenderet, rem honestam, aut tolerandam aggredi iudicaretur. Imò neq; Priamus hic tacite ferret, contumelia affectus, neq; uos eius rei testes: quin protinus omnes

Ab exéplo. (margin, beside "tur. Hinc enim")

A simili. (margin, beside "num iniecisse")

τὸ κατηγόρημα. μηδεὶς δ' ὑμῖν, εἰ μετὰ παρρησίας οἱ λόγοι γίγνονται, τοῦτο ποιείσθω δυσχερές. πρῶτον μὲν γὰρ οὔτ' ἂν ὑμεῖς τῶν δικαίων τύχοιμεν, οὔτ' ἂν ὑμεῖς ἃ προσήκει γνοίητε, εἰ μὴ τοὺς προσήκοντας λόγους τὰ πράγματα λάβοι. ἔπειτα δ' ἐντεῦθεν, καὶ μάλιστά τις κατίδοι, πόσην ἔχει τὰ πεπραγμένα τὴν ἀτοπίαν. εἰ γὰρ ἐάν τις ἀπεπουθεν ἀποκεκαλυμμένως εἴπῃ, τὴν τῶν δεδρακότων ὕβριν, πῶς εἰκὸς τοὺς πεπονθότας ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἔργου διακεῖσθαι; χωρὶς δὲ τούτων οὐκ ἔνι τὴν πρεσβείαν φανῆναι δικαίαν, ἂν μὴ τὸν εἰργασμένον ἀδικοῦντα τις ἐπιδείξει. ὁρᾶτε οὖν ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια προεχόμεθα. δυοῖν γὰρ δὴ τοῖν τοὺς ἐγκαλουμένους ἀφιέναι τῆς αἰτίας πέφυκεν, ἢ τὸ μηδὲν τοιοῦτον πεποιηκέναι τὴν ἀρχήν, ἢ τὸ τῆς δικαίας εἶναι τὰ πεπραγμένα τάξεως. ὅταν οὖν μήτ' ἀρνεῖσθαι τὴν ἁρπαγὴν οἷός τε, μήθ' ὡς οὐκ ἀδίκως ἐτόλμησε διδάσκειν, δῆλον δήπου τὸ λειπόμενον. τίς οὖν ὁ σεμνὸς λόγος; ἔλαβον, φησί, καὶ ἔχω, καὶ μὴ ἐνόχλει. ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ λαβεῖν, οὐδ' ἔχειν Ἀλέξανδρε. ἔστι γὰρ καὶ λαβεῖν, ὅθεν οὐκ ἄξιον, καὶ ἔχειν τἀλλότρια. οὐ γὰρ ὧν περ λαβεῖν ἐστι τὸ δικαίως κτήσασθαι, ἀλλὰ περ χωρὶς ἐγκλημάτων ἔχειν. οὐκοῦν δεῖ τὴν λῆψιν ἁπλῶς σκοπεῖν, ἀλλὰ πολὺ πρὸ ταύτης τὸν τρόπον. ἀπὸ γὰρ τούτου κἀκείνη δοκιμάζεται. ὁρᾷς, ὡς οὐδὲ τοῖς ἱεροσύλοις ἀκίνδυνον τὸ τὰ τῶν θεῶν εἰληφέναι; καίτοι γε, εἰ τὸ ἔχειν ἰσχυρὸν ἦν, ἐχρῆν ὁμολογοῦντας ἔχειν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. ἀλλ' οἶμαι, τοῦτ' ἔστι, καὶ οὐδὲν ἔγκλημα ἄρα, τὸ τὰ μὴ προσήκοντα ἔχειν. οὕτως οὐκ ἀρκεῖ τὸ λαβεῖν, ἀλλὰ προσεῖναι δεῖ τὸ χωρὶς ἀδικήματος. οὐ γὰρ δή, εἰ τὸν πατέρα τὸν αὑτοῦ παρώσας Ἀλέξανδρος, καὶ τὸ σκῆπτρον ἁρπάσας, αὐτὸς ἀντ' ἐκείνου τοῖς ὑμετέροις ἐφεστηκέναι πράγμασιν ἠξίου, μέτριον ἀντιποιεῖν ἐνομίσθη ἢ ἀνεκτόν. οὐδ' ἂν ἤνεγκε σιωπῇ οὔτε Πρίαμος, ὁ ἠδικημένος, οὔθ' ὑμεῖς οἱ συνειδότες, ἀλλ' εὐθὺς ἂν

ἅπαντες

omnes dignum qui lapidibus obrueretur haberetis, tanquam nefaria molientẽ. Proinde ne tu sic defende quia ceperis, sed

Obiectio. iniuriæ nihil esse admissum doce. Nam æquitas, siue meo, siue Priami nomine consideretur, parem uim obtinet. At hostes, inquit, sumus, nos qui hanc orbis partẽ incolimus, & uos qui

Confutatio. alteram. Res autem hostium ius est abigere, asportare, diripere sine uicio. Verum num & ius est, Pari, apud hostes hospitem agere, & accipere xenia, & humanitate iuuari? Tu scilicet quæ tum desiderabas, ea consecutus es. At oportebat, uir egregie, te iam tum initio uitasse domum hominis, quicũ tibi inimicitiæ intercedebant, ac nequaquam ab hostibus beneficia accipere, neq; contubernalem fieri ijs, quibus cum iam olim, ut tu quidem ais, simultate mutua dissidebas. An tum quidem, ut pro tẽpore comodis amicis utebaris, paulo uero post ut hostibus? Atqui medio quidem tempore nihil à nobis ortum est, quod animum tuum offenderit, neque quicquam habes quod expostules. Ergo si ab initio nos pro hostibus habebas quin istud dicebas? Cur aliud tu præ te ferebas, quàm habebas in animo? Sin postea mutato animo uisum est nos lædere, dic per deum, quo nostro merito? Profecto nihil habes quod adferas: sed facinus omnium sceleratissimum, cũ animo concepisses, ut hospes quidem ingressus es, discessisti uero tã quam hostis. Deinde fraudem occultans speciosa uocabula maleficijs imponis. Verum haud ulli mortaliũ persuaseris.

Verisimile. Qui sic? Non enim uerba naturæ consentanea sunt. Decet autem ut quæ dicuntur, cum natura respondeant. Si cum longis nauibus, cumq; armis relucẽti exercitu aduectus Lacedæmonem, si inimicitia palàm denunciata, si manum contra tollens, si telo emisso, si arrepta lancea, fecit impetũ experiens, uel fortuna, uel uirtute fauente uincere, cepit ciuitatem, corporum potitus est, eiq; in prædæ partem Helena cessit, habeat, fruatur. Desipimus nos, qui belli præmia crimen faciamus.

Porrò

ἅπαντες ᾤεσθε δεῖν καταλύειν, ὡς οὐχ ὅσια ποιοῦντα. μηδὲ τοῦ λέ-
γε, ὡς ἔλαβες. ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἠδίκηται δεῖξον. ὃ δὲ δίκαιον, ἀντ᾽ ἐπ᾽ ἐμοῦ
τὶς ἂν τὰ πριάμου λογίσηται, τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει. καὶ μὴν πολέμιοι φη-
σὶν ἡμεῖς οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν ἤπειρον, καὶ ὑμεῖς τὴν ἑτέραν. τὰ δὲ
τῶν δυσμενῶν ἔξεστιν ἄγειν, καὶ φέρειν, καὶ λῄζεσθαι καλῶς. παρὰ δὲ τοῖς
ἐχθροῖς Ἀλέξανδρε καταλῦσαι ἔξεστι, καὶ ξενίων τυγχάνειν, καὶ φιλαν-
θρωπίας ἀξιοῦσθαι; σὺ τοίνυν ὧν ἐδεήθης, τούτων ἔτυχες. ἐχρῆν δέ σε
ὦ βέλτιστε, τὴν ἀρχὴν ἀποφεύγειν οἰκίαν ἀνδρὸς δυσμενοῦς, καὶ μη-
δαμῶς ἀγαπᾶν τὰς παρὰ τῶν πολεμίων εὐεργεσίας, μηδὲ ὁμοφόριον
γίγνεσθαι τοῖς ἐκ παλαιῶν χρόνων, ὡς σὺ φῂς, εἰς ἔχθραν διῃρημέ-
νοις. εἰ πότε μὲν ὡς ἐπιτηδείοις ἐχρῶ, μικρῷ δὲ ὕστερον ὡς πολεμί-
οις. καὶ μὴν οὐδὲν τῶν μεταξὺ παρ᾽ ἡμῶν εἰς σὲ δυσχερὲς ὑπῆρξεν.
οὐδ᾽ ἂν ἔχεις εἰπεῖν. εἰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς πολεμίους ἐνόμιζες, τί οὐκ
ἔλεγες; τί δὲ οὐ σύμφωνον παρεῖχου τὴν γνώμην τῷ σχήματι; εἰ δὲ
ὕστερον μεταβαλὼν, ᾤου δεῖν λυπεῖν, εἰπὲ πρὸς θεῶν, ἀνθ᾽ ὅτου; ἀλλ᾽
οὐκ ἂν ἔχοις. ἀλλὰ πρᾶγμα πάντων ἀνοσιώτατον, εἰς νοῦν λαβὼν,
εἰσῆλθες μὲν ὡς ξένος, ἀπῆλθες δὲ ὡς δυσμενής. κλέψας δὲ τὴν ἐπιβου-
λὴν, εὔφημον ὄνομα τοῖς κακουργήμασι τίθεσαι. ἀλλ᾽ οὐ δὴ πείσεις
οὐδένα ἀνθρώπων. πόθεν; οὐ γὰρ τοῖς ῥήμασιν ἕπεται τῶν ἀνθρώπων
ἡ φύσις. τῇ δὲ φύσει τὰς προσηγορίας ἀκολουθεῖν ἄξιον. εἰ μὲν οὖν
πλοίοις μακροῖς, καὶ στρατοπέδῳ καταλάμποντι τοῖς ὅπλοις προ-
σενεχθεὶς τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τὴν ἔχθραν ἐν φανερῷ καταστήσας, καὶ
χεῖρα ἀνταιράμενος, καὶ βέλος ἀφιεὶς, καὶ δόρυ δεξάμενος, ἐνεγ-
κὼν, ἢ τῆς τύχης, ἢ τῆς ἀρετῆς νικώσης περιαχούσης. εἷλε μὲν τὸ ἄστυ, τῶν δὲ σω-
μάτων ἐκράτησεν, τῶν λαφύρων δὲ μέρος τὴν Ἑλένην ἐκτήσατο, ἐχέτω,
τρυφάτω. ληροῦμεν ὑμεῖς, ἔγκλημα ποιούμενοι τοῦ πολέμου τὰ ἆθλα.

Porrò autem, si omnia pacata, præ se ferens classem, apparatū, orationem, uultum, conuictum, consuetudinem, finem intulit longe ab initijs diuersum, sciat multum à furto distare uictoriam, à bellica uirtute, arte compositam fraudem. Illa enim uirum præstantiorem dedarat, hæc autem inferiores esse arguit eos, qui dolis assequi conentur, quod uirtute nequeant. Atq; ut inferiorum fortunæ ad eos qui sunt præstantiores transeāt, neq; ratione fortasse uacat, & belli ius permittit. Verū qui inimicitiam ne fateri quidem sint ausi, eos ultro meliorum fortunas inuadere, hoc profecto cum iniuria coniunctum est, & supplicio dignum. Quod igitur indignissima passi exercitum in agros uestros induximus, neq; iniuriæ autores, sed ultores, & quod Paridi nihil superest, præter impudentiam, multis ex rebus perspicuum esse puto. Nos tamen lingua prius quàm manibus utimur, idq; plurimis de causis. Primum enim non statim ad arma ruere, magis autem uerbis experiri, possis ne quod ius est obtinere, id est, profecto homine dignius. Deinde non æquum arbitramur, quæ unus peccauit, horum nomine, ab uniuersis pœnam sumere, quod tamen bello constituto necesse est accidere. Non enim ibi uacat insontibus parcere, sed intereat necesse est, quisquis ceciderit. Hoc uti ne contingeret, néue quispiam in eas res præcipitaretur, quibus grauari nollet, non recusamus legatione, & suffragijs controuersiam dirimere. Ad hæc autem non mediocre momentum in rebus bellicis adferre credimus, diuinum fauorem. Hūc uero uidemus adesse, non ijs qui plus audēt, sed qui causa sunt meliore. Eamq; ob rē animo moderantes, à legatione fecimus initium, ut siquidē hæc ad finiendā controuersiā suffecerit, nulla præterea re sit opus: sin aliter, diuino auxilio, ꝓpter causæ æquitatem freti, ita demum ad secunda conuertamur. Vtraq; igitur considerate, atq; conferentes cum disceptatione prælium, cum uerbis arma, simul & ad præsentē felicitatem respiciētes,

Partis iuridicialis quasi epilogo facto, trāsit ad suasoriā

& quæ

ἃ δὲ πάντα εἰρηκυῖα προδείξας, τὸν κατάπλουν, τὴν σκευὴν, τοὺς λό
γους, τὸ σχῆμα, τὴν ὁμιλίαν, τὰς διατριβὰς, ἐναντίον ἐξήγαγε τῶν προ
οιμίων, τὸ τέλος, ἴσω ὅτι πολὺ διενήνοχε νίκη κλοπῆς, καὶ πολέμου
κράτος μεμηχανημένης ἀπάτης. τὸ μὲν γὰρ τοῦ κρείττονος ἀπόδειξιν ἔχει,
τὸ δὲ τοῦ χείρονας εἶναι τοὺς ἀπάτῃ πειρωμένους ἑλεῖν, ἃ δι' ἀνδρείας
οὐ δεδύνηνται. τὸ μὲν οὖν εἰς τοὺς κρείττους τὰ τῶν ἡττόνων εἶναι κτήματα,
λόγον ἴσως ἂν ἔχει. καὶ δίδωσιν ὁ τοῦ πολέμου νόμος. τὸ δὲ τοὺς μηδὲν ὁ-
μολογῆσαι τὴν ἔχθραν ὑπομείναντας, τὰ τῶν βελτιόνων λαμβάνειν,
εἰς ἀδικήματα τελοῖς, καὶ δέοιτ' ἂν ζημίας. ὅτι μὲν οὖν ὑβρισμένοι,
καὶ τὰ δεινότατα πεπονθότες ἐστρατεύσαμεν εἰς τὴν τὴν ὑμετέραν, καὶ οὐκ
ἄρχοντες, ἀλλ' ἀμυνόμενοι, καὶ πλὴν ἀναισχυντίας οὐδὲν, ἀλεξάνδρῳ
λείπει) πολλαχόθεν εἶναι δῆλον οἶμαι. ἡμεῖς δὲ πρὸ τοῦ χειρῶν τοῖς λόγοις
χρώμεθα πολλῶν ἕνεκα. πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμ
βάνειν. ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾶν, ἀνθρωπινώτερον δήπουθεν. δεύ
τερον δὲ οὐκ ἄξιον κρίνομεν, ὧν εἷς ἠδίκησε, παρὰ πάντων τὴν δίκην λαμβά
νειν, ὅταν εἰς πολέμου κατάστασιν ἀναγκαῖον ἤδη γίγνεται. οὐ γὰρ ἔνεστι,
τηνικαῦτα τῆς αἰτίας φιλοκρινεῖν, ἀλλὰ ἀνάγκη τοὺς παραπεπτωκότας ἀ-
πολωλέναι. ἵνα δὲ μὴ τοῦτο γένηται, μηδ' ὧν οὐκ ἂν τις βούλοιτο λυπηθῆ-
ναι τινὰ προαχθῇ, πρεσβείᾳ, καὶ ψήφῳ δεξάμεθ' ἂν τὰ διάφορα κριθῆναι.
πρὸς δὲ τούτοις μεγάλην μὲν ῥοπὴν ἐν τοῖς τοῦ πολέμου πράγμασιν τὴν εὔ
νοιαν τοῦ θεοῦ ἡγούμεθα. ταύτην δὲ ὁρῶμεν, οὐ τοῖς θρασυτέροις, ἀλλὰ τοῖς
ἐπιεικεστέροις ὑπάρχουσαν. διὰ τοῦτο τὸν θυμὸν ἐπισχόντες ἀπὸ πρεσβεί
ας ἀρχόμεθα. ἵν' εἰ μὲν ἀρκέσειεν αὐτὴ πρὸς τὸ τῶν ἀμφισβητησίμων
πέρας, μηδενὸς ἔτι προσδεήσει. εἰ δὲ μὴ τῇ τῶν δαιμονίων συμμαχίᾳ, διὰ
τὴν ἐπιείκειαν, πιστεύοντες, οὕτως ἤδη πρὸς τὰ δεύτερα τρεπόμεθα.
ὁρᾶτε οὖν ἀμφότερα, καὶ παραθέντες τῷ συλλόγῳ τὰς μάχας, καὶ
τοῖς λόγοις τὰ ὅπλα, καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν ἀπιδόντες,

& quæ ex illis incõmoda ꝓficisci soleãt, perpẽdentes, id qđ potius est eligite. Oportet em̃, Troiani, in huiuſmodi negocio ne utiq; indiligẽter cõsultare: cũ illud nõ ignoretis, si semel peccatum sit, non fore uobis iterum de integro statuendi facultatẽ. Etenim ante susceptum bellum, integrum est, in illud omnino non incidere, atq; utiliore consilio præsens incommodum euitare. At simul atq; ad manus uentum est, ipsa sese mala in immensum propagant. Ac finem deniq; certantibus non moderatæ conditiones, sed uictoria imponit. Videte igitur, ne cum in præsentia licet decernere utilia, bellum decernatis, mox autem belli incommodis admoniti, rursum ad consultationem redire cupiatis, cum iam licere desierit. Maxime uero, etiam si nulla instaret dimicatio, nihilq; periculi impenderet, tamen oportebat ipsum per se iustum rectumq; sequi. Nam qui hoc sunt animo, illis res solent ex sententia succedere. Nunc si uerem reputaueritis, ne si uelitis quidẽ, liberum sit uobis secus facere. An non uidetis Achiuorũ copias per litus campũq; effusas tanto numero, ut capiendæ multitudini, & regio ipsa uideatur angusta? Hi quanq; pluribus ex oppidis delecti sunt, una tamen oĩbus mẽs est, ad extremũ usq; iniuria lacessitis adesse ad ultionẽ. Et tãta quidẽ sũt animi ꝓmptitudine ad rẽ gerẽdã, ut nullo iureiurãdo sit opus: tãta rursum iuris iurãdi religione sunt astricti, quãta, uel si nolint, ad grauiter agendũ queant impelli. Iã quis usq; adeo uecors sit, qui nõ malit citra incõmodũ ea restituere, quæ tamẽ cũ infortunio sit depẽsurus? An ꝑ Iouem, qđ anceps sit euentus belli? Nõ per deos, nõ est ullo modo incertus huius exitus belli: quãdo ne illud quidẽ in dubio est, potius ne præmium æquitatis, quàm iniquitatis: & an illam colentes honos, huius uero autores diuersa cõsequantur. Etenim si de neutro istorũ ambigitur, protinus indubitatum est & illud, utrorũ melior sit causa, eos in certamine fore superiores. Porrò de ijs, qui uobis auxilio futuri sint, auguror enim sic cogitare nõnullos, quasi nõ paucos auxiliatores sitis habituri,

illud

καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνων δυσχέρειαν ἐξετάζοντες, γένεσθε τοῦ κρείττονος. Δεῖ δὲ ὦ πρέσβεις, ὑπὲρ τῶν τοιούτων, μὴ ῥαθύμως βουλεύεσθαι, ἐκεῖνο εἰδότας, ὡς οὐκ ἔστιν ἅπαξ ἁμαρτάνοντας αὖθις γενέσθαι βουλῆς κυρίους. πρὶν μὲν γὰρ ἅψασθαι τοῦ πολεμεῖν, ἔνεστι τῷ αὐτῷ καθάπαξ μὴ περιπεσεῖν λογισμῷ βελτίονι, τὸ πρόσθεν ἀναστείλαντας. εἰσελθόντας δὲ εἰς τὸ ἔργον, ταῦτα πάθη κατέχει μέχρι πόρρω. καὶ τῇ νίκῃ τὰ πολλὰ κρίνεται τὸ τέλος, ἀλλ' οὐ κατὰ συνθήκας μετρίας. Ὁρᾶτε οὖν μὴ πρὶν γνῶναι τὰ δέοντα, πολέμου ἔλθητε, τῷ πολέμῳ δὲ λυπηθέντες, αὖθις ἐπιθυμήσητε βουλεύσασθαι, ἡνίκα τοῦτο οὐκ ἕξετε, μάλιστα μὲν δέ, εἰ μηδεὶς ἐπῆν ἀγών, μηδὲ κίνδυνος, ἐχρῆν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ δίκαιον αἰδεσθῆναι. τοῖς δὲ οὐ τῷ γνώμης ἔχουσιν, ἀλλ' ἐξουσίας φιλεῖ τὰ πράγματα φέρεσθαι. νῦν δέ γε, εἰ δὲ μὴ λῆρον, οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ἔνεστιν ἑτέρως ποιεῖν. Οὐχ οἱ ἐπὶ τοὺς ἀχαιοὺς μετὰ τὸ χρόνος, καὶ τοῦ πεδίου κεχυμένου, καὶ μικρὸν ἀποφαίνοντας τῷ πλήθει τὴν χώραν; οὗτοι πάντες ἐκ πολλῶν μὲν συνεληλύθασι πόλεων, μίαν δὲ γνώμην ἐσχήκασιν ἀμῦναι τοῖς ὑβρισμένοις εἰς τέλος, καὶ τοσαύτῃ μὲν προθυμίᾳ κέχρηνται πρὸς τὰ πράγματα, ὅσῃ περ χωρὶς ὅρκων ἤρκεσεν ἄν, τοσαύτη δὲ ἡ τῶν ὅρκων ἀνάγκη, ὅσῃ περ μὴ βουλομένους προθυμεῖσθαι, πάντως ἂν ἐπηνάγκασαι. τίς οὕτως ἠλίθιος, ὅστις οὐκ ἂν ἕλοιτο χωρὶς τοῦ παθεῖν τι δεινὸν ἀποδοῦναι ταῦτα, ὧν μετὰ συμφορᾶς ἀποστήσεται, ὅτι μὴ δὴ ἄδηλον τὸ τοῦ πολέμου τέλος, οὐ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδαμοῦ, τὸ τοῦ παρόντος ἄδηλον, ὅτι μηδὲ τοῦτ' ἄδηλον, πότερον ὁ τῆς δικαιοσύνης καρπός, ἢ τῆς πονηρίας ἀμείνων. καὶ πότερον ἐκείνῳ τῇ πράξει τιμᾷ, ἢ τοῖς τάδε πράττουσι συναίρεται. εἰ δὲ μηδ' ἕτερον τοῦτ' ἀμφισβητήσιμον, κἀκεῖνο σαφὲς εὐθὺς τὸ μεθ' ὧν ἂν ᾖ τὸ κρεῖττον μέρος, τούτῳ ἀποπείσεσθαι τὸ ἐναντίων κρατεῖν. περὶ τοίνυν τῶν συμμαχησάντων ὑμῖν. οἶμαι γάρ τινας ἐννοεῖν ὡς οὐκ ὀλίγους ἕξετε βοηθούς.

illud dico,qđ etiã si reliquus exercitus omnis in ocio se cõtine-ret uel un⁹ hic Vlysses auxilia uestra in ludibriũ uerterit,multitudinem ingenio,solertiaq́ꝫ reprimens. Hæc neqꝫ bellum de trectãs,neqꝫ negociorum cupiens dixerim. Plura uero dicere procliue quidem,sed superuacaneum sit. Nam si his mentem non adhibebitis,nihil retulerit plura dixisse. Testor autem Iouemq́ꝫ hospitalem,cunctosq́ꝫ simul & deos,& dæmones,quicunqꝫ hanc incolunt regionem,quod & iniuria priores lacessiti Iliũ appulimus,& nũc quoqꝫ præoptamus uerbis negociũ conficere,neqꝫ nisi ab alijs adacti bellum sumus inituri.

DIXI.

QVAE DIXERIT MEDEA SVOS MACTATVRA FILIOS. DECLAMATIO.

FVIT ET mihi mea ars auxilio,ut acceptα contumelia,non tantum angerer,sed & pœnas sumerem. Non amplius rex Iason,non amplius Corinthiorum potitur. Omnes opes subuertit corona,omia uelũ perdidit,omnia cõflagrarũt incẽdio. Et accedit ad calamitatis cumulũ dementiæ genus,qđ illi de me nihil etiã subolet. Quid igit? Sufficere hæc putabimus,ac præterea nihil regremus? Minime gentiũ,imò superest

ἐκεῖνο λέγω, ὅτι κἂν ἅπαν τὸ λοιπὸν στρατόπεδον ἡσυχίαν ἄγειν, ὁ Ὀδυσσεὺς οὑτοσὶ μόνος γέλωτα, τοὺς ἡμετέρους ἀποφανεῖ συμμάχους τῇ συνέσει τοῦ πλήθους ἐλέγχων. ταῦτ' οὔτ' ὀκνῶν τὸν πόλεμον, οὔτ' ἐπιθυμῶν πραγμάτων εἴρηκα. πλείω μέντοι διεξιέναι, πρόχειρον μὲν, μάταιον δὲ καὶ κενόν. εἰ γὰρ μὴ τούτοις προσέξετε τὸν νοῦν, οὐδὲ τοῦ πλείονος οὐδὲν ὄφελος. μαρτύρομαι δὲ Δία τε ξένιον, καὶ πάντας θεούς τε, καὶ δαίμονας, ὅσοι τήνδε κατέχουσι τὴν γῆν, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀδικούμενοι προσέχομεν Ἰλίῳ καὶ νῦν λόγῳ διαλύεσθαι προαιρούμεθα, καὶ πολεμήσομεν ἑτέρων ἀναγκαζόντων.

Τῆς μελέτης τέλος.

ΜΕΛΕΤΗ ΤΙΝΑΣ

ἊΝ ΕἼΠΟΙ ΛΌΓΟΥΣ ΜΉΔΕΙΑ

μέλλουσα ἀποσφάττειν τοὺς ἑαυτῆς παῖδας.

Εἶχον ἄρα καὶ αὐτὴ βοήθειαν τὴν παρὰ τῆς τέχνης, καὶ οὐκ ἔμελλον ἀλγήσειν μόνον ἀδικουμένη, ἀλλὰ καὶ λήψεσθαι δίκην. οὐκ ἔτι βασιλεὺς Ἰάσων, οὐκ ἔτι τῶν Κορινθίων ἐπαιρόμενος. πλοῦτον πάντα ἀνέτρεψεν ὁ στέφανος. πάντα διέφθειρεν ὁ πέπλος. πάντα συγκέχυται τῷ πυρί, καὶ πρόσεστι τῇ συμφορᾷ τὸ τῆς ἀνοίας μέρος, τὸ μηδὲν ὑποιδέσθαι τῶν παρ' ἐμοῦ. τί οὖν ἀρκεῖν ἡγησόμεθα ταῦτα, καὶ πλέον οὐδὲν ζητήσομεν; μηδαμῶς.

ἔστιν

supereſt alia uindicandi ratio, ſuperiore atrocior, nihil egens ueneficijs, aut arte clancularia, uerum animo præſenti, uiribus, & dextera quæ facinus nullum refugiat. Sunt liberi mortaliū omnium impijſſimo, & uocatur pater. Hoc è filijs ſolatium, unà cum ipſa appellatione illi adimamus. Haud quaquam me ſinit quæ iuſta ſunt expendere, meorum malorum, tum multitudo, tum magnitudo. Sed rationem ineunti mihi, pro, quibus factis quem fructum receperim, omnia ad pœnam minora uidentur. Aeeta mihi pater erat, isq; Scytharum rex: tum uirginitas & fama egregia, ac multi inter finitimos proci: denique ſpes præſentibus bonis potiores. Appulit ſceleſtus iſte, neq; deos metuens, neq; homines reuerens. Atq; erat omnibus malis circumuallatus, & neceſſe habebat inuincibilia uincere, tauros ignem efflantes, armatam aciem è terra proſilientem, Draconem peruigilem. Ac dignus quidem erat, qui in his omnibus uinceretur, ut iſto cadente uictoria penes patrem meū eſſet potius, quàm Aeetæ regnum ludibrio haberet, unius nauigij dominus. At ego quicquid eſt proditorum ſcelere præcurrens, quicquid amentium ſtultitia ſuperans, familiares pro hoſtibus, hoſtes familiarium loco habui. Et contra patriam, ab alienigenis ſtabam. Porrò artem oppoſui naturæ ferarum. Extinctus eſt ignis. Tauri iugum duxerunt. Ceſſit aratro ſolum longe duriſſimum. Sopitus apparuit Draco, id quod antea nunquam. Manu tenebam adhuc trementem Iaſonem. Ego porrò ſuper hæc omnia nauem conſcendi, multis magniſque perſuaſa pollicitationibus, ſacramentis, meis ipſius beneficijs. Accepit & beneuolentiæ meæ argumētum, & Iolcus, ubi rex Pelias inimicus ſenex, ab ijs quas genuerat diſcerptus eſt, iuuentutis ſpe, ultro ſe fraudi tradens. Et huiuſmodi quidem mea in Iaſonem, partim domi, partim in Græcia beneficia extiterūt. Gratia uero cuiuſmodi? Corinthum uidit, &

Creontis

ἑτέρα τιμωρία χαλεπωτέρα τῆς προτέρας, οὐδὲν δεομένη φαρμάκων, καὶ λανθανούσης μηχανῆς, ἀλλὰ γνώμης ἀνδρειοτέρας, καὶ δεξιᾶς μηδὲν ὀκνούσης. εἰσὶ παῖδες τοῦ πάντων ἀδικωτάτου, καὶ καλεῖ τις πατέρ' ἀφελώμεθα ταύτην αὐτῶν τὴν παραμυθίαν, καὶ τὴν προσηγορίαν. οὐδὲν ἐᾷ με τῶν δικαίων ἐξετάζειν τὸ πλῆθος, καὶ μέγεθος τῶν ἐμῶν κακῶν, ἀλλ' ὅταν λογίσωμαι τί δράσασα, τίνων ἀπήλαυσα, πάντα πρὸς δίκην ἡγοῦμαι μικρά. αἰήτης ἐμοὶ πατὴρ, καὶ σκυθῶν ἦν βασιλεὺς, καὶ παρθενία, καὶ φήμη βελτίων, καὶ πολλοὶ τῶν ἐν τέλει, μνηστῆρες. καὶ τῶν παρόντων ἐλπίδες ἀμείνους. κατέπλευσεν ὁ μιαρὸς οὗτος, ὁ μήτε θεοὺς δεδιὼς, μήτ' ἀνθρώπους αἰδούμενος. καὶ ἦν ἐν πᾶσι κακοῖς. καὶ τῶν ἀδυνάτων ἔδει γενέσθαι κρείττων, ταύρων, πῦρ ἀφιέντων. ὁπλιτῶν ἐκ γῆς ἀνατρεχόντων. δράκοντος οὐκ εἰδότος καθεύδειν. τὸ μὲν οὖν δίκαιον ἦν, ἥττω ληφθῆναι τῶν ὅλων, καὶ πεσεῖν αὐτὸν, καὶ τὴν νίκην γενέσθαι τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, καὶ μὴ καταγελάσαι τῆς αἰήτου βασιλείας ἄνθρωπον ἑνὸς πλοίου δεσπότην. ἐγὼ δὲ ἢ πάντας μὲν παρελθοῦσα προδότας πονηρίᾳ, πάντας δ' ἀνοήτους μωρίᾳ, τοὺς μὲν οἰκείους ἐχθροὺς, τοὺς δὲ ἐχθροὺς οἰκείους ἡγησάμην. καὶ μετὰ τῆς πατρίδος ἔστην, μετὰ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ τὴν τέχνην ἀντέταξα τῇ φύσει τῶν θηρίων. ἐσβέσθη τὸ πῦρ· ἤνεγκαν οἱ ταῦροι τὸν ζυγόν. εἶξεν ἀρότρῳ τῶν πάντων στερροτέρα. καὶ καθεύδων ὤφθη δράκων οὔπω πρότερον τοῦτο παθών. ἐν χερσὶν ἦν τὸ δέρας τοῦ τρέμοντος. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀνέβαινον εἰς τὴν ναῦν, πολλαῖς πιστευθεῖσα, καὶ μεγάλαις ἐπαγγελίαις, ὅρκοις, αὐταῖς ταῖς εὐεργεσίαις. δέξασθαι τῆς ἐμῆς εὐνοίας ἀπόδειξιν, καὶ ἰωλκὸς, οὗ βασιλεὺς πελίας δυσμενὴς γέρων ὑπὸ τούτων οὓς ἐγέννησε κατεκόπτετο, νεότητος ἐλπίδι προσελθὼν ἀπάτῃ. τὰ μὲν ἰάσονα παρ' ἐμοῦ τοιαῦτα. τὰ μὲν οἴμοι. τὰ δὲ ἐπὶ τῇ ἑλλάδι. αἱ δ' ἀμοιβαὶ τίνες; κόρινθον εἶδε, καὶ τὴν

Creontis imperium, ac de Glauce audiuit. Caeterum nulla habita ratione eorum quae feceram, uxorem duxit, quum ex me liberos haberet. Me uiua uidit nuptias. Atque illa omnia exciderunt animo. praeque imperij cupiditate, mea merita neglecta sunt. Atqui ne ista quidem sufficiebant, insuper expulsa sum, contumelia affecta sum, minis onerata sum. Haec quidem iustam indignandi causam praebuerunt. Artem uero effugij tantum gratia tenebam, & hactenus suffecit. Incedamus iam, & per reliqua, quaque licet eamus. Feri Medea filios, macta filios Iasonis, uiri scelerati, impij patris, hospitis mali. Ne quid te rerum omnium reuocet, non natura, non gestatio, non partus recordatio, non nutricatio, non uox, non forma. Plectatur Iason in filijs: hi uero hostium nomine plagam recipiant. Non arripiant eos cognati Glaucae, neque iram in illos euomant. Atrox quidem facinus, sed ad prius illud consequens. Cōtra naturam imple agemus. At istud olim ausae sumus. Fratris caedes ad liberorum caedem deducit. Eiusdem est & hoc animi eiusdē dexterae. Obsecro filij, sub ensem uenite, hic in uos per me adigendus est. Enim uero si probus ille fuisset, nihil horum. Bonae formae, bona figura corporum, sed patris imaginē referunt. Id facit ut occidam lubentius. Hij quidē igitur mox iacebunt. Ego uero è sublimi medioque aëre, scelestum aspiciam. Atque ille, gemens, & nihil non faciens, uociferabitur quidem, me uero, nequaquam attinget. Eiusmodi draconum iugo freta uehar. Supra Athenarum uero urbem ingrediens, inde cruciatum spectabo.

FINIS.

πρέσβιος ἀρχήν. καὶ περὶ τῆς γλαύκης ἤκουσε. καὶ λόγος οὐδεὶς τῶν ἐμῶν· ἀλλ' ἐγάμει παῖδας ἔχων. εἶδεν ὑμέναιον ζώσης ἐμοῦ. καὶ πάντα ἐν κἄτα ἐξεβέβλητο. καὶ πρὸς τὸν ἔρωτα τῆς δυναστείας, αἱ παρ' ἐμοῦ χάριτες ἠμέληντο. καὶ οὐκ ἀπέχει ταῦτα, ἀλλ' ἐλαυνομένην, ὑβριζομένην, προπηλακιζομένην. ἐντεῦθεν εἰκότως μὲν ἠγανάκτουν, πρὸς δὲ τὴν μόνην καταφυγὴν εἶδον τὴν τέχνην. ἡ δὲ ἤρκεσε. χωρῶμεν δὴ καὶ διὰ τῶν λοιπῶν, καὶ δι' ἧς ἔξεσιν ἴωμεν. πλήττε μήδεια παῖδας τοῦ ἰάσωνος, ἀνδρὸς ἀδίκου, πονηροῦ πατρός, ξένου κακοῦ. μηδὲν σε τῶν πάντων διαλλαττέτω. μὴ φύσις, μὴ γαστὴρ, μὴ λογισμὸς ὠδίνων, μὴ τροφή, μὴ φωνή, μὴ μορφή. ζημιούσθω μετ' ἰάσων τοῖς παισίν. οἱ διὰ τὴν παρὰ τῶν ἐχθρῶν αἰκίαν. μὴ γὰρ λάβοιεν τούτους οἱ γλαύκης συγγενεῖς, μηδ' ἀφήσειεν εἰς αὐτοὺς τὸν θυμόν. δεινὸν μὲν τὸ ἔργον. ἀλλ' ἀκόλουθον τῶν προτέρων. παρὰ τὴν φύσιν ἀσεβήσομεν; τοῦτο πάλαι τετολμήκαμεν. ἀδελφοῦ φόνος ἐπὶ τὸν τῶν παίδων παραπέμπει φόνον. φεῦ αὐτῶν ἐστὶ καὶ τοῦτο γνώμης, τῆς αὐτῶν δεξιᾶς. ἱκετεύω παῖδες, ὑπὲρ τὸ ξίφος ἥκετε, τὸ πρὸς ὑμᾶς ὠθεῖ δι' ἐμοῦ. εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἦν χρηστός, οὐδέν. καλαὶ αἱ μορφαὶ, καλὸς ὁ τύπος τῶν σωμάτων. ἀλλ' ἐοίκασι τῷ πατρί. τοῦτο ἥδιόν μοι ποιήσει τὸν φόνον. οἱ μὲν οὖν αὐτίκα κείσονται, ἐγὼ δ' ἄνωθεν διὰ ἀέρος μέσου τὸν ἀλητήριον ὄψομαι, καὶ στένων, καὶ πάντα ποιῶν, βοήσεται μέν, ὃν δὲ λήψεταί με, τούτῳ ζεύγει θαρρῶ δρακόντων. ἐπιβᾶσα δὲ τῶν ἀλγεινῶν, ἐκεῖθεν τὴν λύπην ἀποθήσομαι.

QVAE DIXERIT ANDROMACHE INTERFECTO HECTORE. DECLAMATIO.

EVENIT quod timebam, & uerba mea despiciens Hector ad optima hortatam esse cognouit. Admonueram ut sibi parceret. Ille uero cōtra, suam salutem uilem habuit. Ergo extinctus est nō meis, proh dij, in manibus, uerum ab Achille. Quod ille occubuit, hoc est interisse Priamum Hecubam, fratres, hunc ipsum puellum, me, ciuitatem omnem. Ille tuebatur Ilium. A quo igitur posthac seruabitur? Interierunt, occiderunt omnia, facta sum mulierum infelicissima. Quanta me felicitate, cuius gustum modo dederat fortuna, spoliauit. Erant mihi in regijs pater ac mater, tum fratrum chorus, nitidaq; ac lauta omnia. Accedebat ad hæc aliud maximum omnium, coniunx Hector, bellator insignis. Spectabar, beata dicebar. Et si quis adiens me Andromachen appellabat cognominis uice, adijciebat, imperatoris, uictoris, fortunatā. Oportebat igitur in eadem fortuna pariter consenescere. At nō passus est sæuus iste Achilles, quem quidem in meum exitium produxit Thetis, patrem mihi ademit, trucidauit fratres seruitutem matri iniecit. Deinde restituta est. Ac ne ea quidē

superest.

MELETH TINAS

ἂν εἴποι λόγους Ἀνδρομάχη ἀναιρεθέντος Ἕκτορος.

Ἧκε δὴ πρὸς ἔργον ὁ φόβος, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους Ἕκτωρ ὑπεριδὼν ἔγνω μετὰ βέλτιστα εἰσηγουμένην. παρῄνουν ἑαυτοῦ φείδεσθαι· ὁ δὲ ἠφείδησε. τοιγαροῦν τέθνηκεν, οὐκ ἐν ταῖς ἡμετέραις, ὦ θεοί, χερσίν, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως. τὸ δὲ ἐκεῖνον τεθνάναι, τὸν Πρίαμόν ἐστιν ἀπολωλέναι, τὴν Ἑκάβην, τοὺς ἀδελφούς, τουτὶ τὸ παιδίον, ἐμέ, τὴν πόλιν ὅλην. ἐκεῖνος ἔσωζε τὸ Ἴλιον. πόθεν οὖν ἔτι σωθήσεται; ἔρρει πάντα καὶ διέφθαρται. καὶ γέγονα ἐπὶ γυναικῶν ἀθλιωτάτη. οἵας με γεύσας ὁ δαίμων εὐδαιμονίας ἀπεστέρησεν. ἦν μοι πατὴρ καὶ μήτηρ ἐν βασιλείοις, καὶ χορὸς ἀδελφῶν, καὶ πάντα λαμπρά. τούτοις προσεγένετο μεῖζον ἕτερον, σύνοικος Ἕκτωρ, ὁπλίτης ἀγαθός, ἐβλεπόμην, εὐδαιμονιζόμην, καὶ τὴν Ἀνδρομάχην τις προσειπών, τὴν τοῦ στρατηγοῦ προσέθηκεν ἄν, τὴν τοῦ κρατοῦντος, τὴν μακαρίαν. ἔδει μοι οὖν μέχρι γήρως δι' ὁμοίας ἀφικέσθαι τῆς τύχης. ἀλλ' οὐκ εἴασεν ὁ χαλεπὸς οὗτος Ἀχιλλεύς, ὃν ἡ Θέτις ἔτεκεν ἐπ' ἐμοί. κατήνεγκέ μοι τὸν πατέρα, ἀπέσφαξε τοὺς ἀδελφούς, δουλείαν ἐπέβαλε τῇ μητρί. εἶτα ἀπέδοτο, ἡ οὐδὲ αὐτή

ſupereſt. Et hæc grauia quidem, uerum tu tolerabiles reddebas erumnas Hector, atq; unus præſtabas omnia. Et quibus eram orbata, ea rebar adeſſe per te. Sed occiſus es, accepiſti uulnus. Nos rapimur, perdimur, inſtant triſtia. Impendet periculum, imminet incendium. Videre mihi uideor Troianos cædi, uxores per uim indigne tractari, liberos trahi, uidere ferrum, uidere flammã. Aperta eſt hoſtibus Troia, te haud amplius pro portis propugnante. Ah puer, forte prehenſum te quiſpiam hoſtium, ad turrim adiget. Strenuus erat pater, à te pœnas repetent Græci. Me forſitan occidet alia uis. Atque in hoc quidem fortunatæ erimus. At non continget. Seruitus me manet, & famulatus, plagæ, & in extremum uſq; æui lachrymæ. Haud etiã ſcio an uiſura ſim terram unde nobis hoſtis iſte aduenit. Mox etiam, quod acerbiſſimũ eſt, concubitum cogar pati eius qui interemit Hectorem.

LIBANII SOPHISTAE DECLAMATIONVM, ERASMO ROTEROD. INTERPRETE, FINIS.

ἡδέσι. καὶ ταῦτα δεινὰ μὲν, φορητὰ δὲ ἐποίεις, ὦ Ἕκτωρ, τὰ δυστυχήματα. καὶ τὰ πάντα παρεῖχες μόνος. καὶ ὧν ἐστερόμην, ᾤμην εἶναι μοι διὰ σε. ἀλλ᾽ ἀπεσφάγης. ἔδει ἔξω τῆς πληγῆς. οἰχόμεθα. ἀπολώλαμεν. πρόσεισι τὰ δεινά. πλησίον ὁ κίνδυνος. ἐγγὺς τὸ πῦρ. ὁρᾶν μοὶ δοκῶ τοὺς τρῶας κατακοπτομένους, τὰς γυναῖκας ὑβριζομένας, τοὺς παῖδας ἑλκομένους, ὁρᾶν τὸν σίδηρον, ὁρᾶν τὴν φλόγα. ἀνέῳκται τοῖς πολεμίοις τὸ ἴλιον, οὐκ ἔτι σοῦ προβεβλημένου τῶν πυλῶν. ὦ πεδίον, ἴσως σε λαβών τις τῶν πολεμίων, προσάξει τῷ πύργῳ. γενναῖος ἦν ὁ πατήρ. ὀφείλεις δίκας τοῖς ἀχαιοῖς. ἐμὲ ἄρα ἀποκτενεῖ τίς. τοῦτο γοῦν εὐτυχήσομεν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι. δουλεία με μένει, καὶ διακονία, πληγαί, καὶ διὰ τέλους δάκρυα. καὶ μὴν ἴσως ὄψομαι, παρ᾽ ἧς ἡμῖν οὗτος ὁ πολέμιος ἐπῆλθε. τάχα που, εἰ τὸ δεινὸν ἀναγκαθήσομαι, μίγνυσθαι τῷ τὸν ἕκτορα ἀπεκτονότι.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ Γ. ΤΟΥ ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΜΕΛΕΤΩΝ.

ISOCRATES AD NICOCLEM REGEM DE INSTITUTIONE PRINCIPIS, ERASMO ROTEROD. INTERPRETE.

Quæ regibus donare oporteat.

CAETERI quidem Nicocles, qui regibus soliti sunt adducere uel uestes, uel æs, uel aurum factum, uel aliud eiusmodi rerum quippiam, quarũ ut ipsos habet inopia, ita uobis exuberat copia, mihi planè uidentur manifestam exercere negociationem, non dare munus, eademque longe callidius uendere, quàm illi qui quæstum huiusmodi profitentur. Ego uero munus hoc pulcherrimum simul & utilissimum fore iudicarim, quodq́ maxime deceat, tum me donare, tum te accipere, si tibi rationem queam præscribere, quibus rebus expetendis, rursum quibus fugiendis, optime ciuitatem pariter & regnum administrare possis. Nam cum alia permulta sunt, quæ priuatos homines reddant emendatiores, tum in primis illa: primum quod non affluant delicijs, sed pro quotidiano uictu solliciti esse cogantur: deinde leges quarum præscripto omnes illi gubernantur: præterea autem admonendi libertas, quodq́ liceat, & amicis inuicem increpare, & inimicis insectari mutuo, si quid peccatum fuerit.

Reges maxime præceptis instituendi.

ISOCRATOVS

ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΛΟΓΟΣ.

Οἱ μὲν εἰωθότες, ὦ Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἐσθῆτας ἄγειν, ἢ χαλκὸν, ἢ χρυσὸν εἰργασμένον, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων κτημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσιν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε, λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καταφανεῖς, οὐ δόσιν ἀλλ' ἐμπορίαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν. ἐγὼ δ' ἡγησάμην ἂν ταύτην καλλίστην γενέσθαι δωρεὰν, καὶ χρησιμωτάτην, καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθείην ὁρίσαι ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος, καὶ τίνων ἔργων ἀπεχόμενος, ἄριστ' ἂν καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν βασιλείαν διοικοίης. τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολλὰ τὰ παιδεύοντα, καὶ μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν. ἔπειθ' οἱ νόμοι καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν. ἔτι δ' ἡ παῤῥησία, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις.

E πρὸς

fuerit. Ad hæc poëtæ quoq; nonnulli prisci, uiuendi præcepta literis prodiderunt, ut consentaneum sit his omnibus rebus eos reddi meliores. At regibus nihil harum rerum suppetit. Imò quos magis quàm cæteros oportebat admoneri, postea quam imperiū adepti sunt, ij semper admonitore carent: propterea quod & mortalium pleriq; non adeunt ad illos, & qui cum illis habent consuetudinem ad gratiam confabulantur. Siquidem nacti & opum plurimarum possessionem, & rerum maximarum administrationem, dum his occasionibus haud rectè utuntur, effecerunt, ut complures ambigant utra uita magis sit eligenda, eorum ne qui priuatam quidem, sed placidam & humanam agunt uitam, an regum. Nam quoties ad honores, ad opes, ad potentiam illorum respexerint, dijs pares existimant, quicunque regno potiuntur. Rursus ubi secum perpenderint metus ac pericula, singulísque consideratis deprehenderint alios extinctos ab ijs, à quibus minime conueniebat, alios in familiarissimos maximéque domesticos peccare compulsos, nonnullos esse quibus horum utrunque euenerit, tum contra satius esse iudicant, quodcunque uitæ genus amplecti, quàm cum eiusmodi malis uel uniuersæ Asiæ imperium tenere. Porrò commutationes huiusmodi, fortunæ rerumque tumultus hinc proficiscitur, quod uti sacerdotium, ita regnum quoque cuiuslibet hominis esse credunt, cum res sit una rerum omnium humanarum maxima, quæque summam desideret prudentiam. Itaque consulere quibus rationibus possis in singulis negocijs rectè administrandis officio fungi, ut & bona conserues, & mala euites, eorum munus est, qui tecum perpetuam habent consuetudinem. In genere uero, & quæ uitæ studia spectare conueniat, & in quibus exerceri, ipse conabor explicare. Iam quidem an munus, hoc cum absolutum fuerit, argumento suo respondeat, haud facile fuerit statim initio cognóscere, propterea

Adulatio regum pestis.

Vtra uita felicior.

Incommoda regni.

Vnde regnorum commutationes.

Officium principis.

πρὸς δὲ τούτοις ἔνιοι, καὶ τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν, ὥστ᾽ ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γίνεσθαι. τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον. ἀλλ᾽ οὓς μᾶλλον ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν, οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσιν. καὶ γάρ τοι κύριοι γενόμενοι, καὶ χρημάτων πλείστων καὶ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς, πεποιήκασιν ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἑλέσθαι τὸν βίον, τὸν τῶν ἰδιωτευόντων μὲν, ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων, ἢ τὸν τῶν τυραννευόντων. ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς, καὶ τοὺς πλούτους, καὶ τὰς δυναστείας, ἰσοθέους ἅπαντας νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας. ἐπειδὰν δ᾽ ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ διεξιόντες εὕρωσι τοὺς μὲν ὑφ᾽ ὧν ἥκιστα ἐχρῆν διεφθαρμένους, τοὺς δὲ εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους. τοῖς δὲ ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκότα, πάλιν ὁποσονοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν. ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὴν βασιλείαν ὥσπερ ἱερωσύνην, παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν. ὃ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι, καὶ πλείονος προνοίας δεόμενον. καθ᾽ ἑκάστην μὲν οὖν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄν τις μάλιστα δύναιτο κατὰ τρόπον διοικεῖν, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττειν, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν, τῶν ἀεὶ συνόντων ἔργον ἐστὶ συμβουλεύειν. καθόλου δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὧν χρὴ στοχάζεσθαι, καὶ περὶ ἃ δεῖ διατρίβειν, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν.

propterea quod permulta tum carmine, tum prosa oratione conscripta, donec adhuc in cogitatione & animo componentium uersarentur, magnam sui præbuerunt expectationem. Cæterum eadem absoluta iam & alijs ostensa, opinionem multo spe inferiorem consequuta sunt. Quanquam hic sanè conatus laudi dandus fuerit, si quæ ab alijs omissa sunt peruestigemus, & imperij gerendi rationem præscribamus. Siquidem hi qui priuatos instituunt, ipsis tantum prosunt. Verum si quis eos qui multitudini imperant, ad uirtutem adhortetur, hic nimirum utrisque profuerit, tum ijs qui gerunt imperium, tum ijs qui parent imperio, dum pariter & his regnum stabilius, & illis gubernationem mitiorem reddit. Primum munus. Etenim si caput & totius negocij uim recte constituerimus, huc respicientes melius de cæteris quoque partibus differemus. Iam illud nemo inficias ibit opinor, regum esse parteis, ut reipublicæ malis finem imponant, & felicitatem tueantur, & ex pusilla magnam reddant: quandoquidem & cætera, quæ in quotidianis incidunt negocijs, horum gratia sunt agenda. Quin illud quoque in confesso est, quod qui hæc præstare ualeant, deque hisce rebus sint consulturi, non oporteat esse socordes, sed huc eniti, ut cæteris antecellant prudentia. Demonstratum est enim eiusmodi illos habituros imperium, cuiusmodi rationibus ipsi præpararint animum suum. Proinde nullis athletis sic conuenit exercere corpus, ut regibus animum. Siquidem quæ uel in omnibus ludis publicis proponuntur præmia, nulla parte conferri possunt cum his, quæ uobis quotidie sunt proposita. Hæc itaq; reputantem adniti decet, ut quantum cæteros antecellas honoribus tãtundem & uirtutibus eos præcedas. Neq; uero putes in reliquis quidem rebus curã ac diligentiã conducere, id autem ut meliores reddamur, nihil habere momenti.

Principũ institutio utilissima.

Præcipuum principis munus quod.

Principis antecellere sapientia.

Exercitatio honesti plurimum ualet.

πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμ-
μάτων, ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων, μεγάλας τὰς
προσδοκίας παρέχειν, ἐπιτελεσθέντα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδειχθέντα
πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τό
γε ἐγχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα, καὶ νομοθετεῖν
ταῖς μοναρχίαις. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες, ἐκείνους μόνους
ὠφελοῦσι. εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν ἀμ-
φοτέρους ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς
ὄντας. τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πραο-
τέρας ποιήσειεν. πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον τί τῶν βασιλευόντων ἔργον ἐστίν.
ἐὰν γὰρ τὸ κεφάλαιον, καὶ τὴν δύναμιν ὅλου τοῦ πράγματος καλῶς περι-
λάβωμεν, ἐνταῦθα ἀποβλέποντες, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἐροῦ-
μεν. οἶμαι δὴ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι προσήκειν αὐτοῖς, πόλιν τε δυ-
στυχοῦσαν παῦσαι, καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ
μικρᾶς ποιῆσαι, τὰ γὰρ ἄλλα τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμπίπτοντα, τούτων
ἕνεκα πρακτέον ἐστί. καὶ μὴν ἐκεῖνό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα δυνη-
σομένους, καὶ περὶ τούτων βουλευσομένους, μὴ ῥαθυμεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅ-
πως φρονιμώτερον διακείσονται τῶν ἄλλων. δέδεικται γὰρ ὅτι τοιαύτας ἕ-
ξουσι τὰς βασιλείας, οἵασπερ ἂν τὰς αὑτῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. ὥσ-
τε οὐδενὶ τῶν ἀθλητῶν οὕτω προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς τοῖς βασι-
λεῦσι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν. ἅπασαι γὰρ αἱ πανηγύρεις, οὐθὲν μέρος τιθέα-
σι τούτων τῶν ἄθλων, ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν.
ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως ὅσον περ ταῖς τιμαῖς τῶν ἄλ-
λων προέχεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς αὐτῶν διοίσεις. καὶ μὴ νόμιζε τὴν
ἐπιμέλειαν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίμην εἶναι, πρὸς δὲ τὸ
βελτίους ἡμᾶς καὶ φρονιμωτέρους γίνεσθαι μηδεμίαν ἔχειν δύναμιν.

Nec tantæ infelicitatis condemnes mortaleis,ut artes excogitauerimus,quibus ferarum ingenium curemus,mitiusque ac melius reddamus,nobisipsis ad uirtutem parandam nihil pro desse queamus: contra magis ita sentiens, institutionem simul & curam animum adiutare posse. Et eorum qui tecum uiuunt prudentissimis temet adiunge, & alios quoscunque uales accerse. Nec ullius poëtæ celebris aut sophistæ, puta te rudem esse oportere, sed illorum quidem auscultatorem te præbe,horum uero discipulum. Ita temetipsum compares,ut & inferiorum sis iudex,& superiorum æmulus. Nam id genus exercitamentis celerrime talis euades,quales statuimus esse debere eos,qui recte gesturi sint imperium, quique rempublicam,sicut oportet,sint gubernaturi. In primis autem ipse temetipsum in consilium adhibeto, siquidem absurdum existimas deteriores imperare præstantioribus, & stultiores præire prudentioribus. Nam quo uehementius cæterorum amentiam contempseris, hoc diligentius tuam ipsius mentem excoles. Ergo hinc quidem incipiant oportet, qui munus aliquod cum laude gesturi sint. Super hæc autem & ciuium & ciuitatis amantem oportet esse principem. Neque enim equis, neque canibus, neque uiris, neque ulli denique rei quisquam recte possit imperare, nisi gaudeat ac delectetur iis, quorum curam agere debet. Curæ sit tibi multitudo, & illud super omnia spectes, ut ita imperes, ut gratus & charus sis tuis, haud ignorans & inter oligarchias, id est, respublicas, in quibus penes paucos est rerum potestas, ut inter alias respublicas, eas maxime diuturnas esse,in quibus maxime habetur ratio multitudinis.

Princeps optimis sit familiarissimus.

Princeps per se sapiens.

Quæ res stabile faciāt imperium.

Porrò hanc ita recte moderaberis,si nec fines,ut quis faciat iniuriam alicui,nec patieris iniuria affici quenquam. Verum illud agas,ut optimis quidem honores tribuantur & præmia,

cæteri

μὴ δὲ κατανοῶν τῶν ἀνθρώπων τοσαύτην δυστυχίαν, ὡς περὶ μὲν τὰ θηρία τέχνας εὑρήκαμεν, αἷς αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἡμερωτέρας, καὶ πλείονος ἀξίας ποιοῦμεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς οὐδὲν ἂν πρὸς ἀρετὴν ὠφελήσαιμεν. ἀλλ' ὡς καὶ τῆς παιδεύσεως, καὶ τῆς ἐπιμελείας, δυναμένης τὴν ἡμετέραν φύσιν εὐεργετεῖν, οὕτω διάκεισο τὴν γνώμην, καὶ τῶν τε παρόντων τοῖς φρονιμωτάτοις πλησίαζε. καὶ τῶν ἄλλων ὅσους ἂν δύνῃ μεταπέμπου. καὶ μή τε τῶν ποιητῶν τῶν εὐδοκιμούντων μή τε τῶν σοφιστῶν μηδενὸς οἴου δεῖν ἄπειρος εἶναι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκροατὴς γίνου, τῶν δὲ μαθητής. καὶ παρασκεύαζε σαυτὸν, τῶν μὲν ἐλασσόνων κριτὴν, τῶν δὲ μειζόνων ἀνταγωνιστήν. διὰ γὰρ τούτων τῶν γυμνασίων, τάχισ' ἂν γένοιο τοιοῦτος, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν εἶναι τὸν ὀρθῶς βασιλεύσοντα. καὶ τὴν πόλιν ὡς χρὴ διοικήσοντα. μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείης, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν. καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐρρωμενεστέρως τὴν τῶν ἄλλων ἄνοιαν ἀτιμάσῃς, τοσούτῳ μᾶλλον τὴν σεαυτοῦ διάνοιαν ἀσκήσεις. ἄρχεσθαι μὲν οὖν ἐντεῦθεν χρὴ τοὺς μέλλοντάς τι ποιήσειν τῶν δεόντων, πρὸς δὲ τούτοις, φιλάνθρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν. οὔτε ἵππων, οὔτε κυνῶν, οὔτε ἀνδρῶν, οὔτε ἄλλου πράγματος οὐδενὸς οἷόν τε καλῶς ἄρχειν, ἢν μή τις χαίρῃ τούτοις, ὧν αὐτὸν δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. μελέτω σοι τοῦ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν. γιγνώσκων ὅτι καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, αὗται πλεῖστον χρόνον διαμένουσιν, αἵτινες ἂν ἄριστα τὸ πλῆθος θεραπεύωσι. καλῶς δὲ δημαγωγήσεις, ἐὰν μήτε τὸν ὄχλον ὑβρίζειν ἐᾷς, μήτε ὑβριζόμενον περιορᾷς, ἀλλὰ σκοπῇς, ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν,

cæteri uero nulla in re per iniuriam lædantur.nam hæc prima maximáque recte administrandæ reipublicæ sunt elementa.

De corrigendis & administrandis legibus. Si quæ leges erunt aut consuetudines ciuitatis parum rectæ, eas tolle ac muta. Atque in primis da operam, ut eas quàm optimas excogites. Quod minus poteris, quæ apud alios bene constituta sunt, imitare. In uniuersum leges conquire, quæ & iustæ sint, & reipublicæ conducibiles, & inter se consentientes. Deinde quæ & lites quàm paucissimas pariant, & exortas quàm potest ocyssime finiant. Siquidem has res omneis habeant oportet, bene conditæ leges.

De iudicijs. Fac ut earum obseruatio lucro sit ciuibus, forensis autem tractatio damnosa, quo nimirum hanc fugiant, ad illam sint promptiores. In controuersijs ciuium inter se diffidentium, ita iudicis officio fungere, ut nec ad gratiam alicuius, nec secum pugnantes feras sententias, uerum semper de causis ijsdem, eadem item pronuncies. Nam & decet pariter & expedit, ut leges bene conditas, ita regum quoque de iure sententiam certam & immutabilem esse. Ciuitatem tanquam paternam domum gubernato, in apparatu quidem splendidus, ac regalis, cæterum in munijs obeundis accuratus ac diligens, quo pariter & laudem consequaris

Magnificētia principis. & facultates suppeditent. Magnificentiam ostentes, non in illis hisce sumptibus, qui protinus euanescunt, sed cum in his quæ iam ante diximus: tum in possessionum pulchritudine, & in amicos beneficentia. propterea quod huiusmodi sumptus, non solum tibi manent, uerumetiam posteris tuis utilitatem relinquent ijs quæ insumpsisti potiorem.

De religione. In his quæ ad deorum cultum pertinent ita facito, quemadmodum est à maioribus præscriptum. *Christiano digna sentētia* Existimes autem nullum sacrificium pulchrius, nullum esse cultum maiorem, quàm si teipsum uirum optimum, iustissimumque præstiteris. Siquidem sperādum est homines eiusmodi citius à dijs boni quippiam impetraturos, quàm istos qui multas mactant uictimas.

ὅπως ἄλλοι μηδὲν ἀδικηθήσονται. ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρηστῆς πολιτείας ἐστί. τῶν προσαγμάτων, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, κίνει καὶ μετατίθει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα. καὶ μάλιστα μὲν εὑρετὴς γίνου τῶν βελτίστων, εἰ δὲ μή, μιμοῦ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν δικαίους καὶ συμφέροντας, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους. πρὸς δὲ τούτοις, οἵτινες τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας, τὰς δὲ διαλύσεις ὡς οἷόν τε ταχίστας τοῖς πολίταις ποιοῦσι, ταῦτα γὰρ ἅπαντα προσεῖναι δεῖ τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις. τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθύμως ἔχωσι. τὰς κρίσεις ποιοῦ περὶ ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι, μὴ πρὸς χάριν μηδὲ ἐναντίας ἀλλήλαις. ἀλλ᾽ ἀεὶ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γίγνωσκε, καὶ γὰρ πρέπει καὶ συμφέρει τὴν τῶν βασιλέων γνώμην ἀμετακινήτως ἔχειν περὶ τῶν δικαίων, ὥσπερ τοὺς νόμους τοὺς καλῶς κειμένους. διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως, ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον, ταῖς μὲν κατασκευαῖς λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς, ταῖς δὲ πράξεσιν ἀκριβῶς, ἵν᾽ εὐδοκιμῇς ἅμα καὶ διαρκῇς. τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐνδείκνυσο μὴ ἐν μηδεμιᾷ τῶν πολυτελειῶν, τῶν εὐθὺς ἀφανιζομένων, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς προειρημένοις, καὶ τῷ κάλλει τῶν κτημάτων, καὶ ταῖς τῶν φίλων εὐεργεσίαις. τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀναλωμάτων αὐτῷ τε σοὶ παραμενεῖ, καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις πλείονος ἄξια τῶν δεδαπανημένων καταλείψεις. τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν, ἡγοῦ δὲ τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. μᾶλλον γὰρ ἐλπὶς τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν.

Quibus maxime sit habendus honos. Primos honores tribue coniunctissimis, uerissimis, amicissimis. Eam putato tutissimam corporis tui custodiam, si & amicos habueris uirtute præditos, & ciues tibi bene uolentes, & si ipse prudentia polleas. Nam hisce potissimum rebus, & parare & tueri regnum possis. *Luxus ciuium coërcendus.* Priuatorum domos curato, existimans & eos qui sua profundunt de tuo dependere, & qui industria rem augent tuis addere facultatibus. Quicquid enim possident, qui ciuitatem incolunt, id proprium est bene fungentium principatu. *Fides in principe.* Adeo per omnem uitam appareas obseruans & amans ueri, ut tuis dictis citius habeatur fides, quàm cæterorum iuriiurando. *Erga hospites qualem esse oporteat.* Cunctis quidem hospitibus tutam præbeto ciuitatem, & in contractibus legum obseruantem. Cæterum ex his qui in eam perueniunt plurimi facito, non eos qui tibi munera adducunt, sed qui abs te cupiunt accipere. Etenim si hos in precio habueris, plus laudis apud cæteros consequeris. Adimito metum ciuibus, neque uelis admodum formidabilis esse, iis, qui nihil peccant. Nam utcunque reddideris alios affectos in te, ita & tu in illos eris affectus. *Beneuolentia erga principem.* Ne quid omnino feceris per iracundiam, uidearis id facere, quoties ita postulabit tempus. Hactenus seuerus appareas, ut nihil te lateat eorum quæ fiunt, mitis autem, ut pœnas irroges commissis minores. *Seueritas principis.* Ita principis dignitatem ostendere studeas, non seuitia & atrociter puniendo: sed hoc agens, ut omnes ingenio tuo superentur, & te rectius quàm ipsi possint suæ saluti consulere, putent. *Bellum.* Esto bellicosus rei militaris scientia, ac belli apparatu, *Pax.* pacificus autem nihil præter ius & æquũ usurpando. Sic cum inferioribus ciuitatibus cõmercium agito, ut superiores tecum agere uelles. *Pro quibus certandum.* Certa nõ de rebus quibuslibet, sed de his duntaxat, quæ tibi, si uiceris, emolumentum allaturæ. Viles & ignauos existimato, nõ qui suo bono superantur, sed eos

τιμᾶν ταῖς μὲν ἀρχαῖς τῶν τιμῶν τοὺς οἰκειοτάτους, ταῖς δ᾽ ἀληθείαις τοὺς εὐνουστάτους. φυλακὴν ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ τοῦ σώματος εἶναι τήν τε τῶν φίλων ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν. διὰ γὰρ τούτων καὶ κτᾶσθαι καὶ διασώζειν τὰς τυραννίδας μάλιστ᾽ ἄν τις δύναιτο. κήδου τῶν οἴκων τῶν ἰδιωτῶν, καὶ νόμιζε τοὺς δαπανωμένους ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν, τοὺς δ᾽ ἐργαζομένους τὰ σὰ πλείω ποιεῖν. ἅπαντα γὰρ τὰ τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν οἰκεῖα τῶν καλῶς βασιλευόντων ἐστί. διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν ἀλήθειαν οὕτω φαίνου τιμῶν, ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους, ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους. ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ τὴν πόλιν παρέχε, καὶ πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον. περὶ πλείστου ποιοῦ τῶν ἀφικνουμένων, μὴ τοὺς σοὶ δῶρα εἰσφέροντας, ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας. τιμῶν γὰρ τοὺς τοιούτους, μᾶλλον παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσεις. τοὺς φόβους ἐξαίρει τῶν πολιτῶν, καὶ μὴ βούλου περιδεεῖς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν. ὅπως γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σεαυτὸν διαθῇς, οὕτω καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις. ποίει μηδὲν μετ᾽ ὀργῆς. δόκει δὲ τοῖς ἄλλοις ὅταν σοὶ καιρὸς ᾖ. δεινὸς μὲν φαίνου, τῷ μηδέν σε λανθάνειν τῶν γινομένων. πρᾶος δὲ τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. ἀρχικὸς εἶναι θέλε μὴ χαλεπότητι, μὴ δὲ τῷ σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ τῷ πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σῆς διανοίας, καὶ νομίζειν, ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἄμεινον σὲ βουλεύεσθαι. πολεμικὸς γίνου ταῖς ἐπιστήμαις καὶ ταῖς παρασκευαῖς, εἰρηνικὸς δὲ τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτεῖν. οὕτως ὁμίλει τῶν πόλεων πρὸς τὰς ἥττους ὥς περ ἂν τὰς κρείττους πρὸς σαυτὸν ἀξιώσαις. φιλονείκει μὴ περὶ ἁπάντων, ἀλλὰ περὶ ὧν ἂν κρατήσαντί σοι μέλλει συνοίσειν. φαύλους ἡγοῦ μὴ τοὺς συμφερόντως ἡττωμένους,

ſed eos qui ſuo malo ſuperant. Magnanimos exiſtima, nō eos
Vera magnanimitas. qui maiora complectuntur, quàm tueri queant, uerū, qui moderata quidem concupiſcunt, ſed quod conantur poſſunt efficere.
Vera felicitas. Felices & imitandos puta, non hos qui imperium parauerunt ampliſſimum, ſed eos qui quod contigit, quàm optime geſſerunt. Exiſtima te perfectam felicitatem aſſecuturum, non ſi cunctis mortalibus cum terrore periculoq́ imperes, uerum ſi teipſum talem præbueris uirum qualem oportet: atq́ ita agens, ut res præſentes poſtulant, moderata concupiſcas, nec horum quicquam tibi deſit.
Qui in amicitiam allegēdi. Amicos facito, non quoſlibet id ambientes, ſed qui tua digni ſint indole: nec eos cum quibus iucundiſſime ſis uicturus, ſed quibus adiutantibus quàm optime rem publicam gubernaturus. Diligentiſſimus eſto in explorandis ĳs, quos in familiaritatem allegis tuam, memor futurum, ut omnes qui tecum non habent conſuetudinem, te ſimilem arbitrentur ĳs quorum uteris familiaritate.
Quibus officia mādanda. Negocĳs, quæ per te non geruntur, uiros eiuſmodi præfice, tanquam omnium, quæ illi commiſerint culpa tibi ſit imputanda.
Veri principis amici. Fidos exiſtima, non qui quicquid dixeris feceriſue laudant, ſed qui errantem increpant. Permitte prudentibus libere loquendi facultatem, uti ſi quid extiterit de quo ambigas, habeas cū quibus rem expendere poſſis.
Non temere credendū delationibus. Qui tibi arte adulantur, diſcerne ab ĳs, qui tecum beneuolentia colunt, ne potior ſit malorum quàm bonorum conditio. Auſculta quæ loquuntur, alius uicīſſim de alio, dans operam ut noris & qui ſint qui loquuntur, &
Calumnia. de quibus loquantur. Pari pœna afficito, & qui mendacio calumniantur aliquem, & qui facinus admittunt. Tibĳpſi nō minus atq́ alĳs imperato: idq́ maxime rege dignum eſſe ducito ſi nulli ſeruieris uoluptati, ſed cupiditatibus tuis magis q̄ ciui
Studia principe digna. bus domineris. Nullam uitæ cōſuetudinem temere neq́ citra delectū admittas, ſed huiuſmodi exercitĳs cōſueſce delectari, è quibus tū ipſe profecturus ſis, tum alĳs melior eſſe uidearis.

Ne quid

ἀλλὰ τοὺς μετὰ βλάβης περιγινομένους. μεγαλόφρονας εἶναι νόμιζε, μὴ τοὺς μείζω περιβαλλομένους ὧν οἷοί τέ εἰσι κατασχεῖν, ἀλλὰ μετρίων μὲν ἐφιεμένους, ἐξεργάζεσθαι δὲ δυναμένους οἷς ἂν ἐπιχειρῶσι. ζήλου μὴ τοὺς μεγίστην ἀρχὴν κτησαμένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα τῇ παρούσῃ χρησαμένους. καὶ νόμιζε τελέως εὐδαιμονήσειν, οὐκ ἐὰν ἁπάντων ἀνθρώπων μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἄρχῃς, ἀλλ' ἐὰν τοιοῦτος ὢν οἷον χρὴ καὶ πράττων ὥσπερ νῦν τῶν παρόντι μετρίων ἐπιθυμῇς, καὶ μηδενὸς τούτων ἀπορῇς. φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας. μηδὲ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις. ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδὼς ὅτι πάντες οἱ μὴ σοὶ πλησιάζοντες ὅμοιόν σε τοῖς χρωμένοις νομιοῦσι. τοιούτους ἐφίστη τοῖς πράγμασι τοῖς μὴ διὰ σοῦ γινομένοις, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἕξων, ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι. πιστοὺς ἡγοῦ μὴ τοὺς πᾶν, ὅτι ἂν ποιῇς ἢ λέγῃς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας. δίδου παρρησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἵνα περὶ ὧν ἂν ἀμφιγνοῇς ἔχῃς τοὺς συνδοκιμάσοντας. διόρα καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ' εὐνοίας θεραπεύοντας, ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν. ἄκουε τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀλλήλων, καὶ πειρῶ γνωρίζειν ἅμα τοὺς λέγοντας ὁποῖοι καί τινές εἰσιν, καὶ περὶ ὧν ἂν λέγωσι. ταῖς αὐταῖς κόλαζε ζημίαις τοὺς ψευδῶς διαβάλλοντας αἷσπερ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας. ἄρχε σεαυτοῦ μηδὲν ἧττον ἢ καὶ τῶν ἄλλων. καὶ τοῦτ' ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐὰν μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν. μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ προσδέχου, μηδ' ἀλογίστως, ἀλλ' ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε σεαυτὸν χαίρειν, ἐξ ὧν αὐτός τε ἐπιδώσεις, καὶ τοῖς ἄλλοις βελτίων εἶναι δόξεις.

Ne quid his rebus efferri uidearis quas & mali præstare possint, sed uirtutis nomine tibi placeas, in qua nihil tibi commune sit cum improbis. Honores uerissimos puta, non qui metu deferuntur in propatulo, sed quoties ipsi apud sese animum tuum magis quàm fortunam suspiciunt. Si qua re parũ honesta te continget delectari, fac clàm id facias. Quoties autem in maximis uersaberis negocijs, tum populum testem admitte. Ne postules ut cæteri quidem composite uiuant, reges autem incomposite. Quin magis tuam temperantiam alijs exemplum facito, gnarus totius ciuitatis mores, principis imitari uitam. Hoc argumento cognosces te recte imperare, si eos quibus imperas uideris tua cura reddi, simul & opulentiores & temperantiores. Magis enitere ut honestam famam liberis tuis relinquas, quàm ingentes opes. Quippe mortales sunt hæ, illa immortalis, & per famam pecunia parari potest: fama uero numis emi non potest. Ad hæc pecunia contingit & malis, famam nemo parare potest, nisi qui uirtute cæteris antecellat. In uestimentis & corporis ornamentis delitias ostende, in cæteris autem uitæ munijs temperans esto, sicuti regem decet, ut & qui te conspiciunt, ex apparatus aspectu dignum imperio iudicent, & qui tecum uiuunt, admirantes animi eim, eandem quam illi, de te habeant opinionem. Considera semper quid uel dicas uel facias, ut in errata quàm minima incidas. Potissimum quidem est ipsum, rerum punctum attingere: cæterum quoniam id perdifficile cognitu, malis citra illud subsistere quàm præterire. Magis enim ad mediocritatem facit, quod diminutum est, quàm quod redundat. Simul & urbanus esse stude, & grauis. Propterea quod hoc quidem regem decet, illud autem ad uitæ cõsuetudinem est accommodum. quanq̃, id est omniũ difficillimũ. Reperies enim plerunq; fieri, ut qui graues uideri affectant, frigidi sint, & rursum qui studẽt urbani esse, humiles uideãtur & abiecti.

Veri honores

Vita principis.

Opinio de principe.

Sophistica præceptio.

Ab omni specie mali princeps absit.

Seueritas condita clemẽtia.

Proinde

μὴ φαίνου φιλοτιμούμενος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἃ καὶ τοῖς κακοῖς διαπρά-
ξασθαι δυνατόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπ' ἀρετῇ μέγα φρονῶν, ἧς οὐδὲν μέρος τοῖς
πονηροῖς μέτεστι. νόμιζε τῶν τιμῶν ἀληθεστάτας εἶναι, μὴ τὰς ἐν τῷ
φανερῷ μετὰ δέους γινομένας, ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ παρ' αὑτοῖς ὄντες μᾶλ-
λον τὴν σὴν γνώμην ἢ τὴν τύχην θαυμάζωσιν. λάνθανε μὲν ἐὰν ἐπὶ τῷ
τῶν φαύλων χαίρῃς, ἐνδείκνυσο δὲ περὶ τὰ μέγιστα σπουδάζων.
μὴ τοὺς μὲν ἄλλους ἀξίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως, ἀλλὰ τὴν
σαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη, γινώσκων ὅτι τὸ τῆς
πόλεως ἦθος ὅλης, ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. σημεῖον ἔστω σοὶ τοῦ καλῶς
βασιλεύειν, ἐὰν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους καὶ σωφρονεστέρους γι-
γνομένους διὰ τὴν σὴν ἐπιμέλειαν. περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν,
ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δ' ἀθάνατος, καὶ
δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή. καὶ τὰ μὲν καὶ
τοῖς φαύλοις παραγίνεται, τὴν δὲ οὐχ οἷόν τε, ἀλλ' ἢ τοὺς διενεγκόντας
κτήσασθαι. τρύφα μὲν ταῖς ἐσθῆσι καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις, καρτέρει δ'
ὡς χρὴ τοὺς βασιλέας ἐν τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν, ἵνα οἱ μὲν ὁρῶντες
διὰ τὴν ὄψιν, ἄξιόν σε τῆς ἀρχῆς εἶναι νομίζωσιν, οἱ δὲ συνόντες διὰ τὴν τῆς
ψυχῆς ῥώμην, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις γνώμην ἔχωσιν. ἐπισκόπει τοὺς λόγους ἀεὶ
τοὺς σαυτοῦ, καὶ τὰς πράξεις, ἵν' ὡς ἐλαχίστοις τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτῃς.
κράτιστον μὲν τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν. ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμάθητός ἐ-
στιν, ἐλλείπειν αἱροῦ καὶ μὴ πλεονάζειν. αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν
ταῖς ἐνδείαις, ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν. ἀστεῖος εἶναι πειρῶ καὶ σεμνός.
τὸ μὲν γὰρ τῇ τυραννίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. χαλεπώ-
τατον δὲ τοῦτο πάντων ἐστὶ προσταγμάτων. εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπὶ πολὺ τοὺς μὲν
σεμνυνομένους ψυχροὺς ὄντας, τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι, ταπει-
νοὺς φαινομένους. δεῖ δὲ χρῆσθαι μὲν ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις

Proinde utrisque his rebus sic utendum est, ut quod mali utri que adiunctũ est, euites. Quicquid eorũ quæ regẽ scire cõuenit, uoles cognoscere, id partim usu partim philosophia conse quere. Nam philosophiæ studium uiam ac rationem ostẽdet tibi, negociorum autem exercitatio præstabit, ut in obeundis rebus possis uersari. Obserua, & quid faciant priuati, quid reges, & quis uniuscuiusque rei euentus. Nam si præteritorum memor eris, rectius de futuris statues. Absurdum esse puta inter priuatos esse, qui mortem oppetere non recusent, quo defuncti laudentur: reges autem non hoc esse animo, ut his in negocijs uersentur, ex quibus uiuentes honestam consequantur opinionem. Imagines tuas ita stude relinquere, ut uirtutis tuæ magis quàm corporis sint monimenta. Enitere quidem in primis, ut in tuto sit & tua & ciuitatis incolumitas. Cæterum si te in discrimen traxerit necessitas, potius apud te sit cum laude mori, quàm cum dedecore uiuere. In omnibus factis tuis imperij rationem habe, dãq; operam, ne quid indignum isto honore admittas. Ne commiseris, ut totus intereas: uerum quando corpus mortale sortitus es, animam immortalem, immortale animi monimentum studeto relinquere. Curæ tibi sit de rebus honestis loqui, ut assuefactus eadem & sentias quæ dixeris. Quæ tibi consultanti uisa sunt optima, ea re perficito. Quorũ æmularis gloriam, horum imiteris & facta. Quæ liberis tuis consuleres, ea uelis ipse sequi. Aut utere quæ à nobis dicta sunt, aut quæ his meliora. Sapientes existima, non istos qui de rebus minutis exacte contendunt, sed qui de maximis recte disserunt: neque hos qui felicitatem pollicentur alijs, cum ipsi multarum inopia rerum urgeantur, sed qui modeste de seipsis uerba facientes, & in rebus gerendis, & cũ hominibus uersari possunt, neq; uitæ cõmutatione perturbantur, uerum aduersam iuxtà ac secundam fortunã ferre norũt.

Vsus cũ prudentia coniungendus.

Ex euentu prudentia.

Vera regum gloria.

Honestum uitæ anteponendum.

Executio boni consilij.

In magnis sapiendum, non in minutis.

τὴν δὲ συμφορὰν τὴν ἑκατέραις προσοῦσαν διαφεύγειν, ὅ, τι ἂν ἀκριβῶς εἰδέναι βούλει, ὧν ἐπίστασθαι προσήκει τοὺς βασιλέας, ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ. τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν τὰς ὁδούς σοι δείξει. τὸ δὲ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων γυμνάζεσθαι, δύνασθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι ποιήσει. θεώρει τὰ γινόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα, καὶ τοῖς ἰδιώταις, καὶ τοῖς τυράννοις. ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ. δεινὸν ἡγοῦ τῶν μὲν ἰδιωτῶν ἐθέλειν τινὰς ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι, τοὺς δὲ βασιλέας μὴ τολμᾶν χρῆσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμήσουσιν. βούλου τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα μᾶλλον, ἢ τοῦ σώματος καταλιπεῖν. μάλιστα μὲν πειρῶ τὴν ἀσφάλειαν σεαυτῷ, καὶ τῇ πόλει διαφυλάττειν. ἂν δ' ἀναγκασθῇς κινδυνεύειν, αἱροῦ καλῶς τεθνάναι, μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας, καὶ φρόντιζε ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης ποιήσεις. μὴ περιίδῃς τὴν σαυτοῦ φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθεῖσαν, ἀλλ' ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, ἀθανάτου δὲ ψυχῆς, πειρῶ τῆς ψυχῆς, ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν. μελέτα περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων λέγειν, ἵνα συνεθισθῇς ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. ἃ δ' ἂν σοὶ λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει. ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις. ἃ τοῖς παισὶ τοῖς σεαυτοῦ ἂν συμβουλεύσαις, τούτοις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίου. χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων. σοφοὺς νόμιζε μὴ τοὺς ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας, ἀλλὰ τοὺς εὖ περὶ τῶν μεγίστων λέγοντας. μηδὲ τοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένους, αὐτοὺς δὲ ἐν πολλαῖς ἀπορίαις ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μέτρια μὲν περὶ αὐτῶν λέγοντας, ὁμιλεῖν δὲ καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ἀνθρώποις δυναμένους, καὶ μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως, καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους.

Neq; mirum tibi sit, si in his quæ dicta sunt à nobis permulta sunt, quæ te quoq; non fugiebant, quandoquidē ne me quidē ea res latebat. Imò sciebam, cum tanta sit priuatorum hominū ac principum multitudo, nonnullos esse qui hæc dixissent, nō nullos qui audissent, nōnullos qui alios eadem facientes conspexissent, rursum alios, qui nonnulla huius generis exerceant ipsi. At enim in uerbis quæ ad uitam instituendā pertinēt nō oportet spectare nouitatem, quibus neq; nouū aliquid, neque incredibile, neq; quod abhorreat ab hominū opinione, licet inuenire: uerum hunc elegantissimū esse iudicato, quisquis eorū quæ dispersa sunt in aliorum cogitatione, ꝙ maximā uim coacernare potuerit, deq; his ꝙ optime dicere. Nam & illud sciebam, tum poëmata, tum oratione libera conscriptos libros, utilissimos quidem ab omnibus existimari eos, qui uiuēdi tradūt præcepta. atqui non eosdem audiunt libentissime, atq; idem illis accidit in his, quod erga admonentes solet, quos ita laudāt omnes, ut tamen nolint illis accedere, præoptant autem cū ijs, qui peccant habere cōmercium, ꝙ cum ijs qui à peccando deterrent. Id ita esse, Hesiodi, Theognidis, & Phocyllidis poëtis fuerit argumento. Siquidem hos nemo non fatetur, ad mortalium uitam instituendam optimum dedisse consilium. Cæterū hæc cum dicant, malunt tamen ea sequi quæ ipsorum suadet amentia, quā quæ illorum monita. Adde quod etiam si quis è poëtis eximijs excerperet, quas uocant sententias, in quibus illi potissimum elaborarunt, nō aliter & erga has essent affecti. Libentius enim audirent abiectissimam comœdiam, ꝙ præcepta tanto artificio conscripta. Et quid attinet recensendis singulis immorari? In summa, si mortalium ingenia considerare uolumus, nimirum cōperiemus maximā horū partem, neq; cibis gaudere saluberrimis, neq; studijs honestissimis, nec actionibus optimis, nec disciplinis utilissimis, sed modis oībus cū utilitate pugnātes seq uoluptates, eosq; ꝓ tēperatis & industrijs haberi, qui nihil earū rerū agunt, quæ ad recte uiuendū requirunt.

Peroratio sophistica.

Isocraticū est bonam uoluminis partem procemijs, & perorationibus cōsumere

καὶ μὴ θαυμάζειν εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἃ καὶ σὺ γινώσκεις. οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν, ἀλλ' ἠπιστάμην ὅτι τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἀρχόντων, οἱ μὲν ταῦτα τούτων εἰρήκασιν, οἱ δ' ἀκηκόασιν, οἱ δ' ἑτέρους ποιοῦντας ἑωράκασιν, οἱ δ' αὐτοὶ τυγχάνουσιν ἐπιτηδεύοντες. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς λόγοις χρὴ τοῖς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ζητεῖν τὰς καινότητας, ἐν οἷς οὔτε παράδοξον οὔτε ἄπιστον οὔτ' ἔξω τῶν νομιζομένων οὐδὲν ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἡγεῖσθαι τοῦτον εἶναι χαριέστατον, ὃς ἂν τῶν διεσπαρμένων ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διανοίαις ἀθροῖσαι τὰ πλεῖστα δυνηθῇ, καὶ φράσαι κάλλιστα περὶ αὐτῶν. ἐπεὶ κἀκεῖνό μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων, καὶ τῶν συγγραμμάτων, χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν, οὐ μὴν ἥδιστά γε αὐτῶν ἀκούουσιν, ἀλλὰ ταὐτὸ πεπόνθασιν ὅπερ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας. καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησιάζειν δὲ οὐ βούλονται, ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσι. σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος, καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι μάλιστα ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διατεθεῖεν. ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης, ἢ τῶν οὕτω τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσαιεν. καὶ τί δεῖ καθ' ἓν ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν; ὅλως γὰρ εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, οὔτε τῶν σιτίων χαίροντας τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὔτε τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καλλίστοις, οὔτε τῶν πραγμάτων τοῖς βελτίστοις, οὔτε τῶν μαθημάτων τοῖς ὠφελιμωτάτοις, ἀλλὰ παντάπασιν ἐναντίας τῷ συμφέροντι τὰς ἡδονὰς ἔχοντας, καὶ δοκοῦντας καρτερικοὺς εἶναι καὶ φιλοπόνους τοὺς τῶν δεόντων τι μὴ ποιοῦντας.

Proinde qui possis huiusmodi probari mortalibus,uel admonens uel docens,uel de re quapiam conducibili uerba faciens, qui si quid dixeris,ut inuident recte sentientibus,ita simplices arbitrantur eos quibus nihil est ingenij. Porrò rerum ueritatem usqueadeo fugiunt,ut ne suas quidem ipsorum res nouerint. Quin magis molestum est de proprijs cogitare,iucundum de alienis disserere:hoc autem sunt animo,ut malint corpore male affecto esse quàm mente laborem hunc capere,ut de re quapiam utili considerent. Cæterum in mutua quidem uitæ inter ipsos consuetudine deprehendas eos,aut male dicētes,aut male audientes. Rursus quoties soli sunt,reperies eos non consultantes,sed optāntes. Atqui hæc sanè dicta sunt,nō aduersus omneis,sed eos duntaxat,qui ijs quæ diximus uitijs sunt obnoxij. Illud igitur perspicuum est ei qui studeat uel facere quippiam,uel scribere,quod uulgo placeat,non saluberrimos,sed fabulosissimos sermones esse quærendos,propterea quod his quidem audiendis delectantur,cæterum cum ipsos labores & certamina spectant,molestia afficiuntur. Quas ob res admirandus est Homerus,nec non primi illi tragœdiæ repertores,qui perspecta penitus hominū natura,utraque formula ad poëmatis argumentum sunt abusi. Vt enim ille certamina præliaque semideûm expressit fabulis,ita hi fabulas ad certamina uitæque actiones deduxerunt,ut ea non iam audiamus solum,uerumetiam spectemus. Itaque propositis id genus exēplis ostensum est,ijs qui studerent auditorem delectare,ab admonendo consulendoque abstinendū esse:cæterum ea tum facienda,tum dicenda quibus perspexerint delectari multitudinem. Atque hæc quidē idcirco breuiter dixi,quod existimē conuenire,ut tu qui non unusquispiā es è populo,sed populi rex, haud quaque eandem cū reliqua multitudine de rebus habeas opinionem,neque rerū honestarum,neque hominū beneuolentiā uoluptate metiaris,quin magis ex recte factis illos æstimes.

Consilio non uotis subueniendum rebus.

Duplex Homeri poësis.

Princeps supra uulgares opiniones.

Præterea

ὥστε πῶς ἄν τις τοῖς τοιούτοις, ἢ παραινῶν, ἢ διδάσκων, ἢ χρήσιμόν τι λέγων ἀρέσειεν. οἳ πρὸς τοῖς εἰρημένοις λόγοις φθονοῦσι μὲν τοῖς εὐφρονοῦσιν, ἁπλοῦς δὲ ἡγοῦνται τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας. οὕτω δὲ τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων φεύγουσιν, ὥστε οὐδὲ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἴσασιν. ἀλλὰ λυποῦνται μὲν περὶ τῶν ἰδίων λογιζόμενοι, χαίρουσι δὲ περὶ τῶν ἀλλοτρίων διαλεγόμενοι. βούλοιντο δ' ἂν τῷ σώματι κακοπαθῆσαι μᾶλλον, ἢ τῇ ψυχῇ πονῆσαι, καὶ σκέψασθαι περί τινος τῶν ἀναγκαίων. εὕροι δ' ἂν τις αὐτοὺς ἐν μὲν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνουσίαις λοιδοροῦντας, ἢ λοιδορουμένους, ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις, οὐ βουλευομένους, ἀλλ' εὐχομένους. λέγω δὲ ταῦτα οὐ κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἐνόχων τοῖς εἰρημένοις ὄντων. ἐκεῖνο δ' οὖν φανερόν, ὅτι δεῖ τοὺς βουλομένους, ἢ ποιεῖν, ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς, μὴ τοὺς ὠφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστάτους. ἀκούοντες μὲν γὰρ τῶν τοιούτων χαίρουσι, θεωροῦντες δὲ τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰς ἁμίλλας, ἄχθονται. διὸ καὶ τὴν ὁμήρου ποίησιν, καὶ τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι κατιδόντες τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων, ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις κατεχρήσαντο πρὸς τὴν ποίησιν. ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγηκεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ πράξεις κατέστησαν, ὥστε μὴ μόνον ἀκουστοὺς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ θεατοὺς γεγενῆσθαι. τοιούτων οὖν παραδειγμάτων ὑπαρχόντων, δέδεικται τοῖς ἐπιθυμοῦσι τοὺς ἀκροωμένους ψυχαγωγεῖν, ὅτι τοῦ μὲν νουθετεῖν καὶ συμβουλεύειν ἀφεκτέον, ἐκεῖνα δὲ γραπτέον, καὶ λεκτέον, οἷς ὁρῶσι τοὺς ὄχλους χαίροντας. ταῦτα δὲ διῆλθον, ἡγούμενός σε δεῖν οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν, ἀλλὰ πολλῶν ὄντα τύραννον, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις, μὴ δὲ τὰ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων, μὴ δὲ τοὺς εὐφρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων ταῖς ἡδοναῖς ἀνακρίνειν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν.

Præterea uero quoniã de exercendo ingenio diuersa est philosophorum sententia, nonnullis ita censentibus è disputatorijs,& ad contentionem paratis rationibus prudentiores, redi, eos qui ad hæc animũ adiunxerint, al ijs rursum è ciuilibus,& de republica gubernanda præcipientibus, nonnullis ex alijs quibusdam literis id contingere autumantibus: cum illud interim apud omneis in confesso sit, ei qui fuerit recte institutus, ex horum unoquoq; colligi consulendi facultatem: nimirum oportet omissis ambiguis ad id quod certum ac cõfessum est accedere,& ad huius rationem illa de quibus dubitetur explorare. Quanquam illud in primis obseruãdum ijs qui recte uelint statuere, ut in omni negocio quid locus, quid tẽpus, quid rei ratio postulet, cõsiderent: quod si minus possint, certe istos qui de gerendis negocijs in genere præcipiunt, cum nihil intelligant eorum quæ ad rem pertinent, reijciant reprobentq;. Si quidem palàm est eum qui sibi ipsi nequaquã sit utilis, nec alios prudentes redditurum. Porrò qui sapiat & cordati sint, quiq; plus cæteris perspiciunt, hos magni facito, colitoq;, memor nullam omnium esse possessionum æque frugiferã, æque regalem atq; eum qui possit recte consulere. Existimes autem futurum per illos, ut imperium tuum amplissimum reddatur, qui quàm plurimum adiuuare possint animum tuum. Igitur ego quidem quæ noui admonui, atq; his muneribus te honoro, non quæ tu merebaris, sed quæ ipse præstare potui. Cæterum illud optato, ut cæteri quoq;, queadmodum in initio diximus, non uulgata ista tibi adducant munera, quæ uos pluris emitis à donantibus, q̃ à uendentibus emeretis: sed huiusmodi potius donaria, quibus si diligenter utaris, idq; cotidie, nullũ intermittens diem, nõ solũ non conteres quod in illis solet usu uenire, uerumetiam tum maiora reddes, tum meliora.

Ex omnibus excerpendum quod ad rem pub. cõducat.

Ex circũstantijs rerum capiendum consilium.

Animus principis potissimũ colendus.

ISOCRATIS DE REGNO, ERASMO ROTEROD. INTERPRETE, FINIS.

ἄλλως τε ἐπειδὴ περὶ τῶν γυμνασίων τῶν περὶ ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες, καὶ φασὶν, οἱ μὲν διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων, οἱ δὲ διὰ τῶν πολιτικῶν, οἱ δὲ δι᾽ ἄλλων τινῶν φρονιμωτέρους ἔσεσθαι τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας· ἐκεῖνο δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅτι δεῖ τὸν καλῶς πεπαιδευμένον, ἐξ ἑκάστου τούτων γενέσθαι συμβουλεύεσθαι δυνάμενον. χρὴ τοίνυν ἀφεμένον τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπὶ τὸ ὁμολογούμενον ἐλθόντα λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον. καὶ μάλιστα μὲν ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας. εἰ δὲ μὴ τοὺς καθόλου περὶ τῶν πραγμάτων λέγοντας, καὶ τοὺς μηδὲν γιγνώσκοντας τῶν δεόντων ἀποδοκιμάζειν. δῆλον γὰρ ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς χρήσιμος, οὐδ᾽ ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας καὶ δυναμένους ὁρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων, περὶ πολλοῦ ποιοῦ, καὶ θεράπευε. γιγνώσκων ὅτι σύμβουλος ἀγαθὸς, χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων ἐστί. ἡγοῦ δὲ τούτους σοὶ μεγίστην ποιήσειν τὴν βασιλείαν, οἵτινες ἂν τὴν διάνοιαν τὴν σὴν πλεῖστα ὠφελῆσαι δυνηθῶσιν. ἐγὼ μὲν οὖν ἅπερ γιγνώσκω παρῄνεσα, καὶ τιμῶ σε τούτοις, οἷς τυγχάνω δυνάμενος. βούλου δὲ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅπερ εἶπον ἀρχόμενος, μὴ τὰς εἰθισμένας ἄγειν σοὶ δωρεὰς, ἃς ὑμεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν διδόντων, ἢ τῶν πωλούντων, ἀλλὰ τοιαύτας, αἷς ἐὰν σφόδρα χρῇ, καὶ μηδὲ μίαν ἡμέραν διαλύπῃς, οὐ κατατρίψεις, ἀλλὰ μείζους καὶ πλείονος ἀξίας οὔσας αὐτὰς ποιήσεις.

ἸΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΛΟΓΟΥ. ΤΕΛΟΣ.

ISOCRATIS ORATORIS AC PHILOSOPHI ORATIO

grauissima ad populum Atheniensem de bello fugiendo,& pace seruanda, Petro Mosellano Protegense interprete.

OMNES quidem,qui ad dicendũ in hunc cœtum prodeunt ,cõsueuerunt dicere ea esse maxima,& in quæ totius ciuitatis studia potissimũ debeant incũbere,de quibus ipsi sententiam sunt dicturi. Quod si in alijs causis in hunc modum præfari cõuenit,haud quaquam indecorum uideri poterit,& de his quæ in manibus sunt ,eiusmodi facere exordium. Venimus enim concionem habituri de bello & pace, quæ res,cum in communi mortalium uita in utranq; partem plurimum possunt,tum sunt eiusmodi,ut qui de eis cum laude consilium ceperint ,eos uitæ quoq; commoditate felicitateq; cæteros anteire sit necesse. Itaque de quibus consultaturi cõuenimus,quanta sit magnitudo hinc liquet. Sed uideo uos, nescio quomodo,haud quaquam tanta attentione aureis dicentibus præbere,quanta illi cura uobis uerba faciunt. Quin alijs uel animum diligenter aduertitis,aliorum rursum ne uocẽ quidem æquis auribus sustinetis. Neq; uero hoc admodũ mirum uideri debet,cum & aliâs exibilare,atq; explodere soleatis omneis,si qui ueritati, & non potius uestris cupiditatibus oratione sua patrocinentur. Quis autem hoc nõ iure optimo

Pax & bellũ.

Mali principes & magistratus corrupti bonos auersãtur, adulatoribus autem gaudent.

uitio

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ

ΛΟΓΟΣ.

Ἅπαντες μὲν εἰώθασιν, οἱ παριόντες ἐνθάδε ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων ἥρμοσε τοιαῦτα προειπεῖν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νῦν παρόντων πραγμάτων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. ἥκομεν γὰρ ἐκκλησιάσοντες περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης, ἃ μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ περὶ ὧν ἀνάγκη τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους ἄμεινον τῶν ἄλλων πράττειν. τὸ μὲν οὖν μέγεθος, ὑπὲρ ὧν συνεληλύθαμεν, τηλικοῦτόν ἐστιν. ὁρῶ δ' ὑμᾶς οὐκ ἐξ ἴσου τῶν λεγόντων τὴν ἀκρόασιν ποιουμένους, ἀλλὰ τοῖς μὲν προσέχοντας τὸν νοῦν. τῶν δὲ, οὐδὲ τὴν φωνὴν ἀνεχομένους. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ποιεῖτε. καὶ γὰρ τὸν ἄλλον χρόνον εἰώθατε πάντας τοὺς ἄλλους ἐκβάλλειν, πλὴν τοὺς συναγορεύοντας ταῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις. ὃ καὶ δικαίως

uitio dederit, quod, cum non ignoretis ab adulatoribus multas, magnasque domus subuersas, & quisque uestrum hanc pestem in priuatis rebus execretur, in republicæ tamen administratione non perinde affecti estis. Quin usu uenit, ut dum maxime eos, qui adulatoribus patefaciunt aureis, damnatis, interim ipsi deprehendamini maiorem habere fidem eiusmodi hominibus, quàm bonis, & incorruptis ciuibus. Nam quod oratores in hoc sunt toti, & ante omnia meditantur, non ut quæ sint ciuitati profutura, sed uestris auribus grata dicant, eius uos ipsi fuistis autores, & culpa in uos transferenda: atque adeo & nunc rhetorum uulgus ad hoc studium confluit. Neque id immerito, quando ex ipsis nulli non est manifestum, qui bellum suscipiendum suadent, eos esse uobis longe gratiores, quàm qui de pace consulunt. Illi enim spem faciunt, quod per uictoriam non fortunas tantum, quæ in hostium urbibus sunt, nobis sumus acquisituri, sed & potentiam pristinam recepturi. Hi uero eiusmodi nihil portendunt, imò consulunt ocio studendum: & cupiditates, quæ ut plurimum æquitatis metam transiliunt, ab insolentis fortunæ strepitu arcendas: ac quod bonæ mortalium parti omnium est difficillimum, præsentem fortunam boni consulendam. Sic enim à spe pendemus & quæ uidentur lucra insatiabiliter affectamus, ut ne hi quidem, qui maximas possident opes, in eis manere uelint, sed præ maiorum cupiditate uel iam parta, & in tuto collocata denuo periculo exponant, quod crimen omnium maxime nobis fuerat declinandum. At nunc uidere uideor quosdam ad bellum magna festinatione non aliter prosilire, quàm si huc non hominum consilia, sed deorũ uoces uocarent, hinc certissime fore pollicentes, ut simul res nostras labefactatas restituamus, simul ab hostibus uictoriam uel citra negocium reportemus.

Suasores belli quare haud grauatim audiantur.

Cupiditas, quantũ ualeat.

Sed enim

ἓν δὲ ὑμῖν ἐπιτιμήσαιεν. ὅτι συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους, καὶ μισοῦντες ἐπὶ τῶν ἰδίων τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν γνώμην, ἐπὶ τῶν κοινῶν οὐχ ὁμοίως διάκεισθε πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ κατηγοροῦντες τῶν προσιεμένων, καὶ χαιρόντων τοῖς τοιούτοις, αὐτοὶ φαίνεσθε μᾶλλον τούτοις πιστεύοντες, ἢ τοῖς ἄλλοις πολίταις. καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν, καὶ φιλοσοφεῖν, οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συνοίσειν, ἀλλ᾽ ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν, ἐφ᾽ οὓς καὶ νῦν τὸ πλῆθος αὐτῶν συνερρύηκεν. ἅπασι γὰρ ἦν φανερὸν, ὅτι μᾶλλον ἥδεσθε τοῖς παρακαλοῦσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἢ τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης συμβουλεύουσιν. οἱ μὲν γὰρ, προσδοκίαν ἐμποιοῦσιν, ὡς καὶ τὰς κτήσεις τὰς ἐν ταῖς πόλεσι κομιούμεθα, καὶ τὴν δύναμιν ἀναληψόμεθα πάλιν, ἣν καὶ πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες. οἱ δ᾽ οὐδὲν τοιοῦτο προτείνουσιν, ἀλλ᾽ ὡς ἡσυχίαν ἔχειν δεῖ καὶ μὴ μεγάλων ἐπιθυμεῖν παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ στέργειν τοῖς παροῦσιν. ὃ χαλεπώτατον πάντων τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. οὕτω γὰρ ἐξηρτήμεθα τῶν ἐλπίδων, καὶ πρὸς τὰς δοκούσας εἶναι πλεονεξίας ἀπλήστως ἔχομεν, ὥστ᾽ οὐδ᾽ οἱ κεκτημένοι τοὺς μεγίστους πλούτους, μένειν ἐπὶ τούτοις ἐθέλουσιν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενοι, καὶ περὶ τῶν ὑπαρχόντων κινδυνεύουσιν. ὅθεν ἄξιον δεδιέναι, μὴ καὶ νῦν ἡμεῖς ἔνοχοι γενώμεθα ταύταις ταῖς ἀνοίαις. λίαν γάρ τινες μοι δοκοῦσιν ὡρμῆσθαι πρὸς τὸν πόλεμον, ὥσπερ οὐ τῶν τυχόντων συμβεβουλευκότων ἀλλ᾽ ὡς τῶν θεῶν ἀκηκοότες. ὅτι καὶ κατορθώσομεν ἅπαντα καὶ ῥᾳδίως τῶν ἐχθρῶν ἐπικρατήσομεν.

Sed enim prudentium, & cordatorum uirorum est, non de his, quæ qualia sint comperta habent, consilium capere, quando hoc fuerit superuacaneæ curiositatis, uerum quæ iam decreuerint, ipso facto præstare. quæ porrò in consilium ueniant, eorum quis tandem sit futurus exitus, haud quaquam pro certo statuere, sed magis qualibuscunq; cõiecturis uerisimili rerum euentu collecto, sic demum sententiam ferre. Quorum neutrum uos facitis, imò deliberatio hæc uos perturbatissimos ostendit. Etenim in hoc conuenistis, ut ex omnium sententijs inuicem pensitatis, quod optimum factu sit, eligatis: attamen perinde ac si hoc iam in aperto prostaret, quæ hic dicuntur, audire non uultis, nisi forte eos, quorum concio non tam rerum quærit ueritatẽ, quàm audientium spectat uoluptatem. Atqui cõueniret uos, si modo quæ ciuitati profutura sunt, quærere est cordi, ijs magis animũ aduertere, q uestris animi decretis aduersa suadent, quàm qui dicendo hoc unum agunt, ut gratiam uestram eblandiantur. Siquidẽ nõ nescitis quod ex his, qui huc dicturi prodeunt, si qui uestris animis grata dicunt ei facile decipere possunt. Nam quod ad gratiam dicitur tenebras secum adfert, ut quod optimum est conspici nequeat. Ab his autem, qui in cõsulendo, non ad uoluptatẽ loquuntur, nihil tale fuerit timendum. His enim, nisi quid utile sit futurũ ostẽdet, nulla relinquitur uia, qua sententiã suã persuadere possint. Iã uero qd tandem superest, quo homines queant aut de præteritis recte iudicare, aut de futuris feliciter consultare, si non sententias in utranq; partẽ dictas inter sese cõpositas, uelut ad librã examinent, ac ipsi se cõmuneis auditores utriusq; partis cõsilijs exhibeant? Quod ad me attinet, demiror, pfecto uel senes uos, si nõ adhuc in memoria habetis, uel iuuenes, si è nullo audiuistis per eos quidẽ, qui paci studendum suadent, nihil unquã mali nobis accidisse. Atqui quãtumuis leui de causa bellum exuscitant, eos multarum, magnarumque calamitatum nobis autores extitisse, quarum in præsentia nullam facimus mẽtionem, imò expediti, & tantum non ad bellũ instructi astamus, nihil

Principis officiũ in æstimãdis consiliariorum suorum sententijs.

Adulatores ad gratiam loquuntur.

Qui bellũ suadent magnarum calamitatum semper sunt autores.

χρὴ δὲ τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ μὲν ὧν ἴσασι, μὴ βουλεύεσθαι, περίεργον γάρ, ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐγνώκασι, περὶ δ᾽ ὧν ἂν βουλεύωνται, μὴ νομίζειν εἰδέναι τὸ συμβησόμενον, ἀλλ᾽ ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὅ τι ἂν τύχῃ δὲ γενησόμενον, οὕτω τῇ διανοίᾳ περὶ αὐτῶν ἔχειν. ὧν ὑμεῖς οὐδέτερον τυγχάνετε ποιοῦντες, ἀλλ᾽ ὡς οἷόν τε ταραχωδέστατα διάκεισθε. συνεληλύθατε μὲν γάρ, ὡς δέον ὑμᾶς ἐκ πάντων τῶν ῥηθέντων ἐκλέξασθαι τὸ βέλτιστον, ὥσπερ δ᾽ ἤδη σαφῶς εἰδότες ὃ πρακτέον ἐστίν, οὐκ ἐθέλετε ἀκούειν, πλὴν τῶν πρὸς ἡδονὴν δημηγορούντων. καίτοι προσῆκεν ὑμᾶς εἴπερ ἐβούλεσθε ζητεῖν τὸ τῇ πόλει συμφέρον, μᾶλλον τοῖς ἐναντιουμένοις ταῖς ὑμετέραις γνώμαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἢ τοῖς καταχαριζομένοις. εἰδότας ὅτι τῶν ἐνθάδε παριόντων, οἱ μὲν ἃ βούλεσθε λέγοντες, ῥᾳδίως ἐξαπατᾶν δύνανται. τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθέν, ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον. ὑπὸ δὲ τῶν μὴ πρὸς ἡδονὴν συμβουλευόντων, οὐδὲν ἂν πάθοιτε τοιοῦτον. οὐ γάρ ἐστιν ὅπως ἂν μεταπεῖσαι δυνηθεῖεν ὑμᾶς μὴ φανερὸν τὸ συμφέρον ποιήσαντες. χωρὶς δὲ τούτων πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς δυνηθεῖεν, ἢ κρῖναι περὶ τῶν γεγενημένων, ἢ βουλεύσασθαι περὶ τῶν μελλόντων, εἰ μὴ τοὺς μὲν λόγους τοὺς τῶν ἐναντιουμένων παρ᾽ ἀλλήλους ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δὲ αὑτοὺς κοινοὺς ἀμφοτέροις ἀκροατὰς παρέχοιεν. θαυμάζω δὲ τῶν πρεσβυτέρων, εἰ μηκέτι μνημονεύουσι, καὶ τῶν νεωτέρων, εἰ μηδενὸς ἀκηκόασιν, ὅτι διὰ μὲν τοὺς παραινοῦντας ἀντέχεσθαι τῆς εἰρήνης, οὐδὲν πώποτε κακὸν ἐπάθομεν. διὰ δὲ τοὺς ῥᾳδίως τὸν πόλεμον αἱρουμένους, πολλαῖς ἤδη καὶ μεγάλαις συμφοραῖς περιεπέσομεν, ὧν ἡμεῖς οὐδὲ μίαν ποιούμεθα μνείαν, ἀλλ᾽ ἑτοίμως ἔχομεν μηδὲν

prius, potiusue existimantes, quam ut delectu habito triremes instruamus, pecunias exactione cogeramus, & sine discrimine quibusuis mittamus auxilia, uel inferamus bellum. Perinde enim, ac si in aliena urbe de summa rerum periclitaremur, trepidamus. Horum omnium hæc causa est, quod cum deceat non minore sollicitudine reip. commodum, quam & priuatæ procurare, uos tamen in communibus ciuium rebus non eundem animum præstatis. Sed si quando priuata negocia in deliberationem cadunt, qui melius, quam uos ipsi sapiunt, eos in consilium adhibetis. Si uero frequente senatu reipu. salus agatur, bonis eiusmodi fidem non habetis, & quod insolentius est, inuidetis. Porrò malos, qui forte in concionem ascendunt, laudatis, & ebrios magis esse populareis censetis quam sobrios, amenteis quam cordatos, ciuitatis bona dissipanteis quam qui ne familiaribus quidem copijs parcunt, quo reipub. commoda promoueant. Quamobrem monstro simile uidetur, si quis ciuitatem hanc nostram tantisper, dum eiusmodi consiliarijs utitur, crescere posse sperat. Ego profecto non ignoro quam sit lubricum, & periculo plenum uestris placitis dicendo reluctari, & quod stante hac reipu. forma, ut magistratus non tam uirtute quam sorte committantur, liberius loquendi facultas iacet, nullique datur copia aperte agendi, nisi qui sit, aut egregie stultus, aut uestri, hoc est, publici commodi nullam plane gerat curam. Sed interim admiror comœdiarum actorib. quod est omnium absurdissimum, hanc licentiam in theatro impune esse. Et quæ nam hæc peruersitas? His qui singulorum ciuium peccata per uniuersam spargunt Græciam, tantam habetis gratiam, quantam uix eis, qui de repub. bene meruerunt. At in illos, qui uos obiurgant & libere monent, non alios geritis animos, quam si malo aliquo rempu. læderent. Hæc tametsi, ut dixi se habent non tamen ab his, quæ in animo statui, deterritus desistam: quando huc prodij non ut uobis gratificarer, aut honoris acquirendi gratia suffragia uestra eblandirer; sed quæ ipse sentiam, dicere: primum de quibus magistratus retulerunt: deinde de alijs reip. negocijs.

Omnis in rep. mali causa, quod magistratus magis suum quam publicum commodum quærunt.

Comœdiarum actores.

Nisi enim

εἰς τοὔμπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς πράττοντες, τριήρεις πληροῦν, καὶ χρημάτων εἰσφορὰς ποιεῖσθαι, καὶ βοηθεῖν καὶ πολεμεῖν οἷς ἂν τύχωμεν, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίᾳ τῇ πόλει κινδυνεύοντες. τούτων δ' αἴτιόν ἐστιν, ὅτι προσῆκον ὑμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ τῶν κοινῶν, ὥσπερ ὑπὲρ τῶν ἰδίων σπουδάζειν. ὑμεῖς δὲ οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχετε περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ὅταν μὲν ὑπὲρ τῶν ἰδίων βουλεύησθε, ζητεῖτε συμβούλους, τοὺς ἄμεινον φρονοῦντας ὑμῶν αὐτῶν. ὅταν δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐκκλησιάζητε, τοῖς μὲν τοιούτοις ἀπιστεῖτε, καὶ φθονεῖτε, τοὺς δὲ πονηροὺς τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων, ἐπαινεῖτε. καὶ νομίζετε δημοτικωτέρους εἶναι τοὺς μεθύοντας τῶν νηφόντων, καὶ τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας τῶν εὐφρονούντων, καὶ τοὺς τὰ τῆς πόλεως διανεμομένους, τῶν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὑμῖν λειτουργούντων. ὥστε ἄξιον θαυμάζειν, εἴ τις ἐλπίζει τὴν πόλιν τοιούτοις συμβούλοις χρωμένην, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδώσειν. ἐγὼ δ' οἶδα μὲν ὅτι πρόσαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις, καὶ ὅτι δημοκρατίας οὔσης, οὐκ ἔστι παρρησία, πλὴν ἐνθάδε μὲν τοῖς ἀφρονεστάτοις, καὶ μηδὲν ὑμῶν φροντίζουσιν, ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις. ὃ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν, ὅσην οὐδὲ τοῖς εὖ ποιοῦσι, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, οὕτω διατίθεσθε δυσκόλως, ὥσπερ τοὺς κακόν τι τὴν πόλιν ἐργαζομένους. ὅμως δὲ καὶ τούτων ὑπαρχόντων, οὐκ ἂν ἀποσταίην ὧν διενοήθην. παρελήλυθα γὰρ οὐ χαριούμενος ὑμῖν, οὐδὲ χειροτονίαν μνηστεύσων, ἀλλ' ἀποφανούμενος ἃ τυγχάνω γινώσκων, πρῶτον μὲν, περὶ ὧν οἱ πρυτάνεις προτιθέασιν, ἔπειτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων.

οὐδὲν

sed & Græcis omnibus odiosos præstitit: breuiter modis omnibus rem nostram afflixit. Quod si pacem fecerimus, & quales communia fœdera iubent, tales nosipsi exhibuerimus, futurum, ut bellis, periculis, denique turbulentissimis turbis, in quas ipsi nos mutuo coniecimus, remotis omnibus, cum magna tranquillitate ciuitatem teneamus, & indies magis ac magis fortunæ nostræ crescant. Nam præterquam quod ab exactionibus, & naualis expeditionis muneribus, quas τριηραρχίας Græci uocãt, aliisque belli oneribus requiescere licebit, agros colendo, mare nauigando, aliisque operibus belli iniuria iamdiu intermissis instando consequemur: ut si ad hoc tempus respiciatur, ciuitatis redditus planè duplicẽtur, usqueadeo ut mercatoribus, peregrinis, inquilinis, à quibus ob bellorum tumultus est deserta, remigrantibus, ciuitas maxima sit futura: sed &, quod mihi omnium summum uidetur, habituri simus socios homines uniuersos, & eos quidem non coactos, sed uoluntarios: non qui potentiam nostram reueriti in tranquillo rerum statu nos suspiciant, uerum periculis imminentibus deserant, sed qui hoc sint erga nos animo, quo decet uere socios, & amicos. Præterea quæ nunc nullis uel bellis, uel sumptibus quantumuis magnis recipere possumus, ea pace facta per legationes facile recuperabimus. Neque enim existimandũ uel Cersoblepté pro Chersoneso, uel Philippũ pro Amphipoli nobiscũ dimicaturos, ubi uiderint nos præ modestia nihil alienũ cõcupiscere. Nunc aũt quia semp nostri nosmet pœnitet, uidentque nos nunquam nõ plura affectare, ne imperiũ hoc in suarũ ditionũ cõfinio nimium crescat, nõ immerito uerentur. At si mores cõmutauerimus, & opinionẽ saniorem induerimus, nõ modo à nostra ditione manus abstinebũt, sed & suæ partẽ nobis ultro cedẽt. Hinc enim hoc lucrifacere uidebũtur, ut dũ nostræ ciuitatis potẽtiæ inseruiunt, hoc prætextu in regnis suis ab hostiũ incursu tutius sedeant. Sed & à Thraciæ regni corpore tantam regionem detrahere poterimus, ut non solum nobis sit satis, sed &

καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε, καὶ πάντα τρόπον τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς. ἢν δὲ τὴν εἰρήνην ποιησώμεθα, καὶ τοιούτους ἡμᾶς αὐτοὺς παράσχωμεν, οἵους αἱ κοιναὶ συνθῆκαι προστάττουσι, μετὰ πολλῆς μὲν ἀσφαλείας τὴν πόλιν οἰκήσομεν, ἀπαλλαγέντες πολέμων καὶ κινδύνων καὶ ταραχῆς, εἰς ἣν νῦν πρὸς ἀλλήλους καθέσταμεν, καθ' ἑκάστην δὲ τὴν ἡμέραν εἰς εὐπορίαν ἐπιδώσομεν, ἀναπεπαυμένοι μὲν τῶν εἰσφορῶν, καὶ τῶν τριηραρχιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὸν πόλεμον λειτουργιῶν, ἀδεῶς δὲ γεωργοῦντες, καὶ τὴν θάλατταν πλέοντες, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐργασίαις ἐπιχειροῦντες. αἳ νῦν διὰ τὸν πόλεμον ἐκλελοίπασιν. ὀψόμεθα δὲ τὴν πόλιν διπλασίας μὲν ἢ νῦν τὰς προσόδους λαμβάνουσαν, μεστὴν δὲ γενομένην ἐμπόρων καὶ ξένων καὶ μετοίκων, ὧν νῦν ἔρημος καθέστηκε. τὸ δὲ μέγιστον, συμμάχους ἕξομεν ἅπαντας ἀνθρώπους, οὐ βεβιασμένους, ἀλλὰ πεπεισμένους, οὐδὲ διὰ μὲν τὰς ἀσφαλείας διὰ τὴν δύναμιν ὑμᾶς ὑποδεξομένους, ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις ἀποστησομένους, ἀλλ' οὕτω διακειμένους, ὥσπερ χρὴ τοὺς ἀληθῶς συμμάχους καὶ φίλους ὄντας. πρὸς δὲ τούτοις, ἃ νῦν ἀπολαβεῖν οὐ δυνάμεθα διὰ πολέμου καὶ πολλῆς δαπάνης, ταῦτα διὰ πρεσβείας ῥᾳδίως κομιούμεθα, μὴ γὰρ οἴεσθε μήτε Κερσοβλέπτην ὑπὲρ Χερρονήσου, μήτε Φίλιππον ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἡμῖν πολεμήσειν, ὅταν ἴδωσιν ἡμᾶς μηδενὸς τῶν ἀλλοτρίων ἐφιεμένους. νῦν μὲν γὰρ εἰκότως φοβοῦνται γείτονα ποιήσασθαι τὴν πόλιν ταῖς αὑτῶν δυναστείαις. ὁρῶσι γὰρ ἡμᾶς οὐ στέργοντας οἷς ἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγομένους. ἢν δὲ μεταβαλώμεθα τὸν τρόπον, καὶ δόξαν βελτίω λάβωμεν, οὐ μόνον ἀποστήσονται τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ τῆς αὑτῶν προσδώσουσι. λυσιτελήσει γὰρ αὐτοῖς θεραπεύουσιν τὴν δύναμιν τὴν τῆς πόλεως, ἀσφαλῶς ἔχειν τὰς αὑτῶν βασιλείας. καὶ μὲν δὴ καὶ τῆς Θρᾴκης ἡμῖν ἐξέσται τοσαύτην ἀποτεμέσθαι χώραν, ὥστε μὴ μόνον αὐτοὺς ἄφθονον ἔχειν,

sed & Græcis egentibus, ac ob inopiam incertis sedibus errantibus, uiuendi cōmoditatem præstare queat. Nam si Athenodorus, si Callistratus, ille quidem priuatus, hic uero exul, ciuitates cōdere suffecerūt, cur nō & nos, modo uelimus, sedes eiusmodi multas obtinere poterimus? Qui porrò inter Græcos primas tenere gestiunt, eos in eiusmodi rebus curādis magis oportet duces esse, quàm belli, & exercitus peregrini, quorum tamen nos in præsentia mirum quàm sumus cupidi. Proinde de his, quæ legati huc annunciarunt, hæc dixisse nobis sit satis: quanquā alius quispiam plura forsan adiecisset. Post hæc aūt sic sentio concionem non ante dimittendā, quàm non solū suffragijs pacem decreuerimus, sed & cōsilium, quo retineri queat, inuenerimus: ne quod ante sæpe, & nunc usu ueniat, nimirum ut ubi paulisper quieuerimus, denuo in easdē turbas recidamus. Nec tam præsentia mala effugiamus, quàm ad tempus suspendamus.

Ocium negocio præferendum. Atqui horum nihil fieri poterit feliciter, prius quàm uobis persuaseritis, ocium agere, rem esse utiliorē, inque maius cedere lucrū, quàm alienarum rerū curis tumultuari. Tum iusticiā sectari potius quàm iniusticiam, nostrorum curam gerere satius quàm aliena concupiscere. De quibus tametsi nullus unquam oratorū uobis uerba facere est ausus, ipse tamen de ijsdem plurimas apud uos orationes sum habiturus: neque id præter rationem, quādo in his rebus reipub. felicitatem, non autem eis, quæ nunc agimus uideo consistere. Sed enim, qui publica & omniū usu trita dicendi uia posthabita, noua aliqua suadendi ratione populum in sentētiam diuersam traducere studet, ei necesse est, *Pro uarietate audientium dictio est temperanda.* non tantum in dicendo plura attingere, & per hoc orationem prolixiorem afferre: sed pro iudiciorum uarietate alia quidem uelut in memoriam reuocare, alia rursum incusare, rursum alia laudare, de alijs uero consilium dare. Vix enim ijs omnibus quis annisus, ad meliorem mentem uos reducere poterit. Et *Verriss. sententia.* certe ita se res habet. Omnes quidem mihi uidentur, quæ commoda sunt concupiscere, & ut plus cæteris habeant, conari,

sed uiam

ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις τῶν Ἑλλήνων καὶ δι' ἀπορίαν πλανωμένοις, ἱκανὸν δύνασθαι βίον παρασχεῖν. ὅπου γὰρ Ἀθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος, ὁ μὲν ἰδιώτης ὤν, ὁ δὲ, φυγὰς, οἰκεῖσαι πόλεις, οἷοί τε γεγόνασιν, ἦ που βουληθέντες ἡμεῖς, πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν κατασχεῖν. χρὴ δὲ τοὺς πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀξιοῦντας, τοιούτων ἔργων ἡγεμόνας γίγνεσθαι πολὺ μᾶλλον, ἢ πολέμου καὶ στρατοπέδου ξενικοῦ. ὧν νῦν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦντες τυγχάνομεν. περὶ μὲν οὖν ὧν οἱ πρέσβεις ἐπαγγέλλονται, καὶ ταῦθ' ἱκανά, καὶ πολλὰ ἂν ἴσως τις προσθείη τούτοις. ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ὑμᾶς οὐ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βουλευσομένους ὅπως ἄξομεν αὐτήν, καὶ μὴ ποιήσομεν ὅπερ εἰώθαμεν. ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησόμεθα ταραχάς. μηδ' ἀναβολήν, ἀλλ' ἀπαλλαγὴν εὑρήσομεν τινὰ τῶν κακῶν τῶν παρόντων. οὐδὲν δὲ τούτων οἷόν τε ἐστὶ γενέσθαι πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε, τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην, τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν, τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας. περὶ ὧν οὐδεὶς πώποτε τῶν ῥητόρων εἰπεῖν ὑμῖν ἐτόλμησεν. ἐγὼ δὲ περὶ αὐτῶν τούτων τοὺς πλείστους τῶν λόγων μέλλω ποιεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς. ὁρῶ γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τούτοις ἐνοῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἐν οἷς ἐτυγχάνομεν πράττοντες. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἔξω τῶν εἰθισμένων ἐπιχειροῦντα δημηγορεῖν, καὶ τὰς ὑμετέρας γνώμας μεταστῆσαι βουλόμενον, πολλῶν πραγμάτων ἅψασθαι, καὶ διὰ μακροτέρων τοὺς λόγους ποιήσασθαι, καὶ τὰ μὲν, ἀναμνῆσαι, τῶν δὲ, κατηγορῆσαι, τὰ δὲ ἐπαινέσαι, περὶ δὲ τῶν, συμβουλεῦσαι. μόλις γὰρ ἄν τις ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τούτων ἐπὶ τὸ βέλτιον φρονῆσαι δυνηθείη προαγαγεῖν. ἔχει γὰρ οὕτως. ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες μὲν ἐπιθυμεῖν τοῦ συμφέροντος καὶ τοῦ πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων.

sed uiam, quæ eò perducat, ignorare. Quin etiam opinionibus inter se longe, lateq; dissidēt. Namq; alij quidem sunt cordati, & quod potissimum ad rem pertineat, cōiecturis assequi possunt. Rursus alij ab eo quod cōferre poterat quàm longissime aberrant. Id quod & ciuitati huic nostræ accidit. Persuasum enim habemus si multis triremibus mare nauigauerimus, si ciuitates alienas tributum dare, & subinde legatos huc missitare compulerimus, nos quiddam magnopere profuturum cōfecisse: cum interim à ueritate procul absumus. Nam præterq; quod ex illis, quæ sperabamus nihil planè procedit, insuper inimicitias, bella, & sumptus nobis lucri fecimus: idq; non iniuria, quandoquidem ut ante ex eiusmodi curarum tumultu in extrema pericula deuenimus, ita per hoc quod partim iniuria depressos subleuabamus & ciuitatem omnibus exhibebamus æquam, partim aliena non affectabamus, à Græcis ultro offerentibus principatum nacti sumus. Quas arteis multo iam tēpore certe parum prudenter, ne dicam stulte, contemnimus. Etenim eò dementiæ prolapsi sunt quidam, ut iniusticiam sui cultoribus probrosam quidē, sed tamen quæstuosam & in quotidianæ uitæ usum accōmodam arbitrētur. At iusticiam honestam quidem censeant, uerum parum utilem, ut quæ non tam sui cultores, q̄ alios promouere queat. Quibus falsa planè est opinio, quippe siue opes, siue honestæ uitæ officia, in summa, fœlicitatem acquirere studeas, nihil tantum præsentis mometi attulerit, quantum uirtus, quæq; ei subiacent partes. Nā per ea bona, quæ in animo possidemus & alias commoditates, si quibus egemus, parare licet. Quapropter qui mētis suæ bona negligunt, interim & occasiones, per quas alijs & rectius sapere, & felicius uiuere possent, sese negligere non aduertunt. Demiror aūt si quis opinetur fore, ut qui pietatem & iusticiā colant, inq; his perseuerare, permanereq; uelint ei peius, quàm mali, sint habituri. Præsertim cum illud constet, bonos eiusmodi & apud deos, & apud homines plura quàm reliquos consequi.

Nulla facultas præstantior uirtute.

Ipse certe

οὐκ εἰδέναι ὅτι τὰς πράξεις τὰς ἐπὶ ταῦτα φερούσας, ἀλλὰ τὰς δόξας διαφέρειν ἀλλήλων. οἱ μὲν γὰρ ἔχουσιν ὑπολήψεις καὶ στοχάζεσθαι τοῦ δέοντος δυναμένας. οἱ δ' ὡς οἷόν τε πλεῖστον τοῦ συμφέροντος διαμαρτανούσας. ὅπερ καὶ τῇ πόλει συμβέβηκεν. ἡμεῖς γὰρ οἰόμεθα μὲν, ἢν τὴν θάλασσαν πλέωμεν πολλαῖς τριήρεσι, καὶ βιαζώμεθα τὰς πόλεις, συντάξεις διδόναι καὶ συνέδρους ἐνθάδε πέμπειν, διαπράξασθαί τι τῶν δεόντων, πλεῖστον δὲ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας, ὧν μὲν γὰρ ἠλπίζομεν οὐδὲν ἀποβέβηκεν. ἔχθραι δ' ἡμῖν ἐξ αὐτῶν καὶ πόλεμοι καὶ δαπάναι πολλαὶ γεγόνασιν εἰκότως. καὶ γὰρ τὸ πρότερον ἐκ μὲν τῆς τοιαύτης πολυπραγμοσύνης εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους κατέστημεν. ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέχειν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, παρ' ἑκόντων τῶν ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν. ὧν νῦν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῇ πολὺν ἤδη χρόνον καταφρονοῦμεν. εἰς τοῦτο γάρ τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν, ὥσθ' ὑπειλήφασι τὴν μὲν ἀδικίαν ἐπονείδιστον μὲν εἶναι, κερδαλέαν δὲ καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν. τὴν δὲ δικαιοσύνην εὐδόκιμον μὲν, ἀλυσιτελῆ δὲ καὶ μᾶλλον δυναμένην τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν, ἢ τοὺς ἔχοντας αὐτήν, κακῶς εἰδότες, ὡς οὔτε πρὸς χρηματισμὸν, οὔτε πρὸς ἃ δεῖ πράττειν, οὔθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν οὐδὲν ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν, ὅσον περ ἀρετὴ καὶ τὰ μέρη ταύτης. τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ τούτοις κτώμεθα, καὶ τὰς ὠφελείας, ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν. ὥστε οἱ τῆς ἑαυτῶν διανοίας ὀλιγωροῦντες, λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῦ τε φρονεῖν ἄμεινον καὶ τοῦ βέλτιον τῶν ἄλλων πράττειν ὀλιγωροῦντες. θαυμάζω δὲ εἴ τις οἴεται τοὺς τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀσκοῦντας καὶ καρτερεῖν καὶ μένειν ἐπὶ τούτοις ἐθέλοντας, ἔλαττον ἔχειν τῶν πονηρῶν. ἀλλ' οὐχ ἡγουμένους καὶ παρὰ θεοῖς, καὶ περὶ ἀνθρώποις πλέον οἴσεσθαι τῶν ἄλλων.

ἐγὼ

Soli boni fa tis habent.

Ipse certe in hac sum opinione, ut ea, quibus in uitæ usum est opus, bonis uel solis suppetere putem: uerum malos eius generis rebus affluere, quibus carere nō paulo sit satius. Etenim illis qui iniquitatem in precio habent, & aliena rapere, summū putant bonum, simile quiddam accidere uideo, quod & animalibus, quæ sese inescare sinunt. Nam tametsi principio quidem eis, quæ forte corripuerint, fruuntur, tamen haud ita multo post in maxima mala deuenire solent. At qui cum pietate & iusticia uiuunt, tempora omnia in tuto transigunt, & in omnem usq; ætatem felicis conscientiæ dulceis spes sentiunt. Et si forte hæc in singulis non ita usu ueniant, tamen ut plurimum sic cadere uidemus. Iam uero quia quod in posterum est profuturum, non ita promptum semper est expedire. Cordatorū hominum fuerit, quæ sepænumero conferunt, præ aliis eligere. Porrò omnium absurdissima committunt, qui quanquam iusticiæ studium cum præclarius, tum deo gratius existimant, eos tamen, qui iusticiam ipsa uita exprimunt, miserius, quàm qui maliciam colunt, uiuere putant. Atq; utinam quàm est ad manum cuiq; uirtutem laudibus uehere, tam esset quoq; facile, auditoribus, ut ipsis moribus eam referre studerent, persuadere. Nunc autem planè uereor ne omnia hæc frustra dicam. Corrupti enim sumus ab iis, qui nil nisi fraudes struere possunt: quibus plebs adeo est contemptui, ut si quando bellū aliquibus inferre destinent, ipsi plebe adeo inconsulta pecunias exigant, interim asserentes operæprecium maiores hoc pacto imitari. Tum asserunt non committendum ut cum per ignauiam aliis risui simus, & illi etiamsi imperata tributa non pendant, nihilominus tamen mare nauigēt. Hos ego lubens equidem interrogarem, quos tandem maiores ad imitandum nobis proponant: eos ne, qui bello Persico in repub. floruerunt: an qui paulo ante bellum Peloponesiacum ciuitatem moderabantur? Quos si designent, aliud profecto consulunt nihil, quàm ut libertatem nostram in seruitutis casum demus. Sin eos

Nihil stultius quàm à stultis maiorū factis nolle recedere.

ἐγὼ μὲν γὰρ πέπεισμαι τούτους μόνους ὧν δεῖ πλεονεκτεῖν, τοὺς δ' ἄλλους
ἐν οὗ βέλτιόν ἐστιν. ὁρῶ μὲν γὰρ τοὺς μὲν τὴν ἀδικίαν προτιμῶντας καὶ τὸ λα-
βεῖν τι τῶν ἀλλοτρίων, μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι νομίζοντας, ὅμοια πά-
σχοντας τοῖς δελεαζομένοις τῶν ζώων, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύον-
τας ὧν ἂν λάβωσιν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐν τοῖς μεγίστοις κακοῖς ὄντας.
τοὺς δὲ μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας, ἔν τε τοῖς πᾶσι χρόνοις
ἀσφαλῶς διάγοντας, καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπί-
δας ἔχοντας. καὶ ταῦτ' εἰ μὴ κατὰ πάντων οὕτως εἴθισαι συμβαίνειν, ἀλ-
λὰ τό γε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον. χρὴ δὲ τοὺς εὐφρονοῦν-
τας, ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀεὶ συνοίσειν οὐ καθορῶμεν, τὸ πολλάκις ὠφε-
λοῦν τοῦτο φαίνεσθαι προαιρουμένους. πάντων δὲ ἀλογώτατον πεπόνθα-
σιν ὅσοι κάλλιον μὲν ἐπιτήδευμα νομίζουσιν εἶναι, καὶ θεοφιλέστερον
τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας, χεῖρον δ' οἴονται βιώσεσθαι τοὺς ταύτῃ χρω-
μένους τῶν τὴν πονηρίαν προαιρουμένων. ἐβουλόμην δ' ἂν ὥσπερ πρό-
χειρόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν, οὕτω καὶ ῥᾴδιον εἶναι πεῖσαι τοὺς
ἀκούοντας ἀσκεῖν αὐτήν. νῦν δὲ δέδοικα μὴ μάτην τὰ τοιαῦτα λέγω. δι-
εφθάρμεθα γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον ὑπὸ ἀνθρώπων, οὐδὲν ἀλλ' ἢ φενακί-
ζειν δυναμένων, οἳ τοσοῦτον τοῦ πλήθους καταπεφρονήκασιν, ὥσθ' ὅταν
βουληθῶσι πόλεμον πρός τινας ἐξενεγκεῖν, αὐτοὶ χρήματα λαμβάνον-
τες, λέγειν τολμῶσιν, ὡς χρὴ τοὺς προγόνους μιμεῖσθαι, καὶ μὴ περιορᾶν
ἡμᾶς αὐτοὺς καταγελωμένους, μὴ δὲ τὴν θάλατταν πλέοντας
τοὺς μὴ τὰς συντάξεις ἐθέλοντας ἡμῖν ὑποτελεῖν. ἡδέως ἂν οὖν αὐ-
τῶν πυθοίμην, τίσιν ἡμᾶς τῶν προγεγενημένων ὁμοίους κελεύουσι γε-
νέσθαι. πότερον τοῖς περὶ τὰ Περσικὰ γενομένοις, ἢ τοῖς πρὸ τοῦ
πολέμου τοῦ Δεκελεικοῦ τὴν πόλιν διοικήσασιν. εἰ μὲν γὰρ τούτοις, οὐδὲν
ἀλλ' ἢ συμβουλεύουσιν ἡμῖν πάλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύειν.

Sin eos, qui apud Marathonem cum uictoria pugnarunt, aut ijs etiam priores putant, quid reliquum est, quin omnium sint impudentissimi, ut qui, cum eos, qui tum reipublicæ præfuerunt, laudent, nobis tamen uiam longe ab illorum exemplo diuersam ingredi suadeant: maxime cum hic non sine periculo graui peccetur. Qua in re quid equidem faciam, incertum est. An quemadmodum in alijs consueui, ita & hic, quod uerum est, dicam? An ne quem ex uobis offendam ueritus, cōticescam? Vtcunque cadat, commodissimum mihi uidetur de huiusmodi rebus disserere. Verũtamen uideo uos minus propicios ijs, qui uos obiurgant, quàm qui malorum omnium fuerunt autores. Quod ad me attinet, pudendũ foret, si cui meæ ipsius gloriæ maiorem, quàm publicæ salutis rationem habere uiderer. Quamobrem ut meæ partes erũt ex eo orationis genere, quod ciuilibus rebus procurãdis adhibetur, nō quæ gratissima sunt, sed ciuibus utilissima sequi: sic uestri habebit̃ officij, primum omnium expendere, quod morbis quidem, quibus corpusculum hoc nostrũ impetitur, abigendis curationes, & omnis generis medicinæ ab eius artis studiosis sunt inuētæ: sed animo ægrotanti, & prauis cupiditatibus laboranti præter orationē, quæ peccantē obiurgare libere audeat, nullũ suppetit remedium: deinde considerare, q̃ sit ridiculũ, quo pluribus doloribus semel defungamur, usturas quidē & medicorum sectiones fortiter perferre, orationem autem prius auersari quã planè comperias eiusmodi ne sit, quæ audienti queat prodesse. Atq; hæc eo sum præfatus, quod deinceps animus est citra metum, imò modis omnibus libere apud uos uerba facere. Quis enim aliunde huc profectus, si nondum nostro contagio sit corruptus, sed ex improuiso his nostris cœptis interueniat, non arbitretur desipere nos & insanire? qui cum egregijs maiorum nostrorum factis nos uenditemus, & eorum exemplis ciuitatem celebrare satagamus, ipsi tamen nihil, quod cũ illorum factis conueniat, imò nihil non aduersum facimus?

Nam illi

ἢ τοῖς ἐν μαραθῶνι νικήσασι καὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν γεγενημένοις, πῶς οὐχ ἁπάντων ἀναισχυντότατοι τυγχάνουσιν ὄντες, εἰ τοὺς τότε πολιτευομένους ἐπαινοῦντες, τἀναντία πράττειν ἐκείνοις, πείθουσιν ὑμᾶς. καὶ τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνειν περὶ ὧν καὶ ἀπορῶ τί ποιήσω. πότερα χρήσωμαι ταῖς ἀληθείαις, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἢ κατασιωπήσω, δείσας τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν; δοκεῖ γάρ μοι βέλτιον εἶναι διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. ὁρῶ δὲ ὑμᾶς χαλεπώτερον διατιθεμένους πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας, ἢ πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν γεγενημένους. οὐ μὴν, ἀλλ' αἰσχυνθείην ἂν εἰ φανείην μᾶλλον φροντίζων τῆς ἐμαυτοῦ δόξης, ἢ τῆς κοινῆς σωτηρίας. ἐμὸν μὲν οὖν ἔργον ἐστὶ καὶ τῶν ἄλλων τῶν κηδομένων τῆς πόλεως προαιρεῖσθαι τῶν λόγων μὴ τοὺς ἡδίστους, ἀλλὰ τοὺς ὠφελιμωτάτους. ὑμᾶς δὲ χρὴ, πρῶτον μὲν ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται. ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν, οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν. ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ἐστι τὰς μὲν καύσεις καὶ τὰς τομὰς τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν, ἵνα πλειόνων ἀλγηδόνων ἀπαλλαγῶμεν, τοὺς δὲ λόγους ἀποδοκιμάζειν πρὶν εἰδέναι σαφῶς εἰ τοιαύτην ἔχουσι τὴν δύναμιν, ὥστ' ὠφελῆσαι τοὺς ἀκούοντας. τούτου δ' ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ὅτι περὶ τῶν λοιπῶν οὐδὲν ὑποστειλάμενος, ἀλλὰ παντάπασιν ἀνειμένως μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους πρὸς ὑμᾶς. τίς γὰρ ἄλλοθεν ἐπελθὼν, καὶ μήπω συνδιεφθαρμένος ὑμῖν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπιστὰς τοῖς γιγνομένοις, οὐκ ἂν μαίνεσθαι καὶ παραφρονεῖν ἡμᾶς νομίζειεν, οἳ φιλοτιμούμεθα μὲν ἐπὶ τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις καὶ τὴν πόλιν ἐκ τῶν τότε πραχθέντων ἐγκωμιάζειν ἀξιοῦμεν, οὐδὲν δὲ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις πράττομεν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον.

Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros continua bella gesserunt. Nos eos, qui domi è suis facultatibus uix uictum si bi quæritare poterant, è barbaris euocatos in Græcos, hoc est, nosipsos immittimus. Illi, quo Græcorum ciuitates in libertatem assererent & eisdem laborantibus succurrerent, imperio sunt digņati. Nos qui omnia sub seruitutis iugum redigimus, & illis contraria facimus adhuc stomachamur, non alio nomine, quàm quod non æquus nobis cum illis antiquis habeatur honor: cum interim, siue rerum gestarum gloria, siue consiliorum opportunitate tanto simus ueteribus illis inferiores, quanto illi quidem pro communi Græcorum salute, patriæ relictæ desiderium perferre, & cum hoste, nunc terra, nūc mari sunt ausi decernere. Nos autem ab ea laude tam procul absumus, ut ne pro re quidem nostra familiari amplificanda periculum facere sustineamus. Certe omnibus imperitare uolumus, at militiæ labores perferre nolumus. Et bellum quidem in omnes, penè dixerim, homines mouemus, ucrum, ut cœptum quoq; feliciter geramus, militari disciplina non ipsi nos exercemus: quin homines alienos partim incertis sedibus uagabundos, partim transfugas, partim aliis facinoribus coopertos undiq; huc confluentes conducimus. Quibus si quis alius amplioris mercedis spem faciat, eius statim signa sequūtur. At tamen hæc hominum sentina adeo nobis placet, ut si quādo, quod non raro contingit, in liberos nostros peccent, pœnam tamen eos, quā hoc facto cōmeruissent, subire nolimus. Sed & si cui res suas rapuerint, si cui uim attulerint, si impotēter qd facerint, quorum crimina ad nos sint peruentura, non solū nō grauiter factum ferimus, sed interim dum eiusmodi eos perpetrasse accipimus ex animo gaudemus. Quin & eò stulticiæ progressi sumus, ut tametsi illis, quæ ad uictum quotidianum pertinent, ipsi egemus, peregrinos tamen exercitus alere conemur. Tum quo communibus omnium hostibus mercedem

Vt graphice milites istos conductitios depingit.

pactam

οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων τοῖς βαρβάροις πολεμοῦντες διετέλεσαν, ὑμεῖς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας τὸν βίον πορίζομένους, ἐκεῖθεν ἀναστήσαντες, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἠγάγομεν. κἀκεῖνοι μὲν ἐλευθεροῦντες τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς, τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν. ἡμεῖς δὲ καταδουλούμενοι, καὶ τἀναντία τοῖς τότε πράττοντες, ἀγανακτοῦμεν, εἰ μὴ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις τιμὴν ἕξομεν. οἳ τοσοῦτον ἀπολελείμμεθα καὶ τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς διανοίαις τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων, ὅσον οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας, τήν τε πατρίδα τὴν αὑτῶν ἐκλιπεῖν ἐτόλμησαν, καὶ μαχόμενοι καὶ ναυμαχοῦντες τοὺς βαρβάρους ἐνίκησαν. ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας, κινδυνεύειν ἀξιοῦμεν. ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν. καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀσκοῦμεν, ἀλλὰ ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἀπόλιδας, τοὺς δ' αὐτομόλους, τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἄλλων κακουργιῶν συνερρυηκότας. οἷς ὁπόταν τις πλείονα μισθὸν διδῷ, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσι. ἀλλ' ὅμως οὕτως αὐτοὺς ἀγαπῶμεν, ὥστ' ὑπὲρ μὲν τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων ἢν περί τινας ἐξαμάρτοιεν, οὐκ ἂν ἐθελήσαιμεν δίκας ὑποσχεῖν, ὑπὲρ δὲ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ πλεονεξίας μελλόντων τῶν ἐγκλημάτων ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν, οὐχ ὅπως ἀγανακτοῦμεν, ἀλλὰ καὶ χαίρομεν ὅταν ἀκούσωμεν αὐτοὺς τοιοῦτό τι διαπραττομένους. εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς ἐσμὲν τῶν καθ' ἡμέραν, ξενοτροφεῖν δὲ ἐπικεχειρήκαμεν, καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν ἵνα τοῖς ἁπάντων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν

pactam præstemus, sociorũ opibus detrahimus, & tributis exigendis omnia compilamus. Porrò maioribus, non ijs solum, qui laudem, sed & qui culpam meruerunt, tãto non sumus inferiores, quanto illi, si quando communibus suffragijs bellũ gerere decreuissent, etiamsi arx tum plena auro & argento erat tamen suam ipsorum uitam pro cõmunibus decretis exequẽdis in periculum dare duxerũt operæprecium. Nos autem cũ in tantam pecuniarum egestatem sumus redacti, & tanta multitudine ciuitatẽ oneremus, non aliter tamen, ac magnus Persarum rex mercenarijs exercitibus utimur. Olim quidẽ, si quãdo ad naualem expeditionẽ classes instruerentur, peregrinos certe, & seruos nauium dirigendarum labori præficiebant: ciueis uero cum armis emittebant. Nunc aũt peregrinis utimur armatis, ciues naues agere cogimus. Itaq; cũ in ipsum hostiũ litus uẽtum est, ciueis quidẽ nostri qui imperium sibi in Græcos asserunt, remulco saltem instructi ẽ naue prodeunt. At cõductitij illi dubia fide homines, quales eos supra paucis expressi, non sine graui periculo rem ferro gerunt. Iam si quis quæ ad ipsum ciuitatis statum pertinent, recte administrari cerneret, forsan & de alijs nõ ita laboraret. Nũc aũt cum res longe se aliter habeant, quis nõ uel ob hæc iure optimo nobis indignet? Nam cum indigenas nos, nec aliunde trãslatos ipsi iactemus, & urbem hãc nostram primam omnium conditã gloriemur, uel hoc nomine nos alijs omnibus reip. optime administrandæ præbere exempla cõueniebat. At nunc ipsi nostrã peius sanẽ gubernamus & perturbatius, quam qui ciuitateis suas nup admodum cõdiderunt. Et cum nobis ipsi placeamus, ac quasi cæteris generosiores, superbo spiritu turgeamus, nihilominus tamen nobilitatem hanc nostram alijs, si qui uelint, minus grauate impertimus, quam quenquam in suæ obscuritatis consortium recipiant uel Triballi uel Leucani. Leges quidem rogauimus plurimas, sed harũ tam paruã gerimus curam. Vno enim exẽplo expresso, & de reliquis facile conijcere quisq; sibi poterit, ut cum

ἐκπορίζωμεν. τοσοῦτον δὲ χείρους ἐσμὲν τῶν προγόνων οὐ μόνον τῶν εὐδοκιμησάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν μισηθέντων, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν εἰ πολεμεῖν πρός τινας ψηφίσαιντο, μεστῆς οὔσης ἀργυρίου καὶ χρυσίου τῆς ἀκροπόλεως, ὅμως ὑπὲρ τῶν δοξάντων τοῖς αὑτῶν σώμασιν ᾤοντο δεῖν κινδυνεύειν. ὑμεῖς δ' εἰς τοσαύτην ἀπορίαν ἐληλυθότες, καὶ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας μισθωτοῖς χρώμεθα τοῖς στρατοπέδοις. καὶ τότε μὲν εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον. νῦν δὲ τοῖς μὲν ξένοις, ὁπλίταις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζομεν. ὥσθ' ὁπόταν ἀποβαίνωσιν εἰς τὴν τῶν πολεμίων, οἱ μὲν ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦντες, ὑπηρέσιον ἔχοντες ἐκβαίνουσιν, οἱ δὲ τοιοῦτοι τὰς φύσεις ὄντες οἵους ὀλίγῳ πρότερον διῆλθον, μεθ' ὅπλων κινδυνεύουσιν. ἀλλὰ γὰρ τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἄν τις ἰδὼν καλῶς διοικούμενα καὶ περὶ τῶν ἄλλων θαρρήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐπ' αὐτοῖς τούτοις μάλιστ' ἀγανακτήσειεν, οἵτινες αὐτόχθονες μὲν εἶναι φαμέν, καὶ τὴν πόλιν ταύτην προτέραν οἰκισθῆναι τῶν ἄλλων, προσῆκον δὲ ὑμᾶς ἅπασιν εἶναι παράδειγμα τοῦ καλῶς καὶ τεταγμένως πολιτεύεσθαι, χεῖρον καὶ ταραχωδέστερον τὴν ἡμετέραν αὐτῶν διοικοῦμεν, τῶν ἄρτι τὰς πόλεις οἰκιζόντων. καὶ σεμνυνόμεθα μὲν καὶ μέγα φρονοῦμεν ἐπὶ τῷ βέλτιον γεγονέναι τῶν ἄλλων, ῥᾷον δὲ μεταδίδομεν τοῖς βουλομένοις ταύτης τῆς εὐγενείας, ἢ Τριβαλλοὶ καὶ Λευκανοὶ τῆς αὑτῶν δυσγενείας. πλείστους δὲ τιθέμενοι νόμους, οὕτως ὀλίγον αὐτῶν φροντίζομεν. ἓν γὰρ ἀκούσαντες, γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

ut cum capitis supplicium ei, qui uel suffragia, uel iudicia pecunia corrumpere deprehendatur, leges decernant, nos tamen tanto sceleri palàm obnoxios communibus suffragijs imperatores faciamus. Atque adeo, ut quisque ciueis quamplurimos muneribus corrumpere suffecerit, ita maximarum rerum gubernaculis admouetur. Quanquam autem de reipublicæ statu non minus quàm de totius ciuitatis salute satagamus, & populi imperium, popularemque libertatem, Græci δημοκρατίαν uocant, rebus tranquillis, & pacatis crescere, stabilirique: in bellis autem iam bis euersam, & deperditam sciamus, tamen qui pacem cupiunt, tanquam imperium omnibus commune in paucorum potentiam redigere studeant, suspectos habemus. Qui porrò bellum inducunt, eos ut popularis libertatis tutores suspicimus, & nobis bene uelle putamus. Et quamuis cum dicendi, tum agendi peritissimi uideri uelimus, tamen temere adeo, & inconsiderate consilia capimus, ut de eisdem uno atque eodem die, non eadẽ tamen statuamus. Sed quos antequam comitia ingredimur, incusamus eosdem, ubi in comitia uentum fuerit, suffragijs nostris comprobamus. Porrò discessione facta non ita magno temporis spatio intericcto, quos ante suffragio elegimus, denuo culpamus. Et cum Græcorum omnium sapientissimi uideri uelimus, consultoribus tamen utimur eiusmodi, cuiusmodi nemo non contemneret. Tum illos ipsos reipub. summæ præfecimus, quibus nemo rem suam familiarem crederet. Quodque omnium est indignissimum, quos uno ore omnes pessimos ciueis confitemur, eos fidelissimos ciuitatis custodes opinamur. Iam incolas tales censemus omnes, qualeis sibi delegerint patronos, & non illis nos opinionibus sensim indui credimus, quibus magistratus nostros imbutos uidemus. Quid multis? A maiorum nostrorum laude tantum absumus, quantum illi quidem eosdem, & ciuitatis magistratus, & belli duces fecerunt, uidelicet quod ꝗ domi populo ꝓ cõcione optime cõsulere potcrit,

Hoc ferè hodie in magistratibus usu uenit.

eundem

ὥσπερ θανάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης, ἤν τις ἁλῷ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερώτατα ποιοῦντας, στρατηγοὺς χειροτονοῦμεν. ὃν δ' ἂν πλείστους διαφθεῖραι τῶν πολιτῶν δυνηθέντα, τοῦτον ἐπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων καθίσαμεν. σπουδάζοντες δὲ περὶ τὴν πολιτείαν οὐχ ἧττον, ἢ περὶ τὴν σωτηρίαν ὅλης τῆς πόλεως, καὶ τὴν δημοκρατίαν, εἰδότες ἐν μὲν ταῖς ἡσυχίαις καὶ ταῖς ἀσφαλείαις αὐξανομένην καὶ διαμένουσαν, ἐν δὲ τοῖς πολέμοις δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν. πρὸς μὲν τοὺς τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντας, ὡς πρὸς ὀλιγαρχικοὺς ὄντας δυσκόλως ἔχομεν. τοὺς δὲ τὸν πόλεμον ἐμποιοῦντας, ὡς τῆς δημοκρατίας κηδομένους, εὔνους εἶναι νομίζομεν. ἐμπειρότατοι δὲ λόγων καὶ πραγμάτων ὄντες, οὕτως ἀλογίστως ἔχομεν, ὥστε περὶ τῶν αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἡμέρας οὐ ταυτὰ γινώσκομεν, ἀλλ' ὧν μὲν πρὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβῆναι κατηγοροῦμεν, ταῦτα συνελθόντες χειροτονοῦμεν. οὐ πολὺν δὲ χρόνον διαλείποντες, τοῖς ἐνταῦθα ψηφισθεῖσιν, ἐπειδὰν ἀπίωμεν πάλιν ἐπιτιμῶμεν. προσποιούμενοι δὲ σοφώτατοι τῶν ἑλλήνων εἶναι, τοιούτοις συμβούλοις χρώμεθα, ὧν οὐκ ἔστιν ὅς τις οὐκ ἂν καταφρονήσειε. καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους κυρίους τῶν κοινῶν ἁπάντων καθίσαμεν, οἷς οὐδεὶς ἂν τῶν ἰδίων οὐδὲν ἐπιτρέψειε. τὸ δὲ πάντων σχετλιώτατον, οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι. καὶ τοὺς μὲν μετοίκους τοιούτους εἶναι νομίζομεν, οἵους περ ἂν τοὺς προστάτας νέμωσιν. αὐτοὶ δ' οὐκ οἰόμεθα τὴν αὐτὴν λίψεσθαι δόξαν τοῖς προεστῶσιν ἡμῶν. τοσοῦτον δὲ διαφέρομεν τῶν προγόνων, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τοὺς αὐτοὺς προστάτας τῆς πόλεως ἐποιοῦντο καὶ στρατηγοὺς ᾑροῦντο. νομίζοντες τὸν ἐπὶ τοῦ βήματος τὰ βέλτιστα συμβουλεῦσαι δυνάμενον,

eundē hunc & militiæ apud sese rectissima quæq; statuere putarint. Nos autem contra facimus. Nam quibus cōsiliarijs domi in maximarum rerum momentis utimur, eos quasi mentē non habeant, bellorum duces creare dedignamur. At cū quibus consilia neq; de priuatis, neq; communibus rebus cōmunicarit quisquam, eos imperatores emittimus, perinde ac si foris prudentiores futuri de negocijs cū Græci nominis uniuersi, tum præcipue nostræ reipu. cōsilia sint inuenturi facilius, q̄ hic de eis, quæ à magistratibus proponuntur. Atq; hæc dixerim non de omnibus, sed tantum huic culpæ obnoxijs. Hic si quæ per eiusmodi errores in repu. hactenus perturbate cōtigerūt accuratius persequi coner, sat scio, reliqua diei pars me deficeret. Sed fortasse quispiam ex his, qui huic obiurgationi palàm sunt obnoxij, cōmotus, sic interroget, quid ergo? si tā parum consilio ualemus, interim tamen res nostræ sunt saluæ, & potentiam nulla alia ciuitate minorē obtinemus? Huic ego sanè responderim, aliena nos frui insania, & hostes nobis esse nihilo plus, q̄ ipsi simus, sapientiores. Nam si post eam pugnam, qua Lacedæmonios uicerūt Thebani, & Peloponeso cæterisq; Græcis libertatē, ac leges suas restituerāt, quieuissent, nosq; non minus tum quàm nunc perturbate rempu. administrassemus, certe futurum erat, ut neq; huic obiectioni esset locus, & nobis re ipsa foret compertum, quanto sit satius contentū suis agere modeste, q̄ præ maiorum fame nihil non tentare. Nunc autem in eo cardine res uertitur, ut nostrarum rerum salus à Thebanis, & uicissim Thebanæ rei summa à nobis pendeat. Siquidem, si quando res sit in periculo, nos illorum, illi uicissim nostro gaudent auxilio. Quare si cordati essemus, pecunias quoq; nostras mutuo in ipsas populi conciones cōmunes exhiberemus. Hac enim uia utri sæpius collegerint, alterius populi rem promouerint. Sed qui minutula eiusmodi ad calculum uocare norunt, eos quidem deceret non in hostium errore, sed sua ipsorum uirtute & prudentia, salutis spem ponere. Nam

Hoc illud est quo sibi & hodie pleriq; & magistratus & principes placent.

τὴν αὐτὴν τύχην ἄριστ' ἂν βουλεύσασθαι καὶ καθ' αὑτὴν δυνάμενον, ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον τούτων ποιοῦμεν. οἷς μὲν γὰρ περὶ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρώμεθα, τούτους μὲν οὐκ ἀξιοῦμεν στρατηγοὺς χειροτονεῖν, ὡς νοῦν οὐκ ἔχοντας. οἷς δὲ οὐδεὶς ἂν οὔτε περὶ τῶν ἰδίων, οὔτε περὶ τῶν κοινῶν συμβουλεύσαιτο, τούτους δὲ αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν, ὡς ἐκεῖ σοφωτέρους ἐσομένους, καὶ ῥᾷον βουλευσομένους περὶ τῶν ἑλληνικῶν πραγμάτων καὶ πολιτικῶν, ἢ περὶ τῶν ἐνθάδε προτιθεμένων. λέγω δὲ ταῦτα οὐ κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἐνόχων τοῖς λεγομένοις ὄντων. ἐπιλείποι δ' ἂν με τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας εἰ πάσας τὰς πλημμελείας τὰς ἐν τοῖς πράγμασι γεγενημένας ἐξετάζειν ἐπιχειροίην. τάχ' οὖν ἄν τις τῶν σφόδρα τοῖς λεγομένοις ἐνόχων ὄντων ἀγανακτήσας ἐρωτήσειε, πῶς οὖν εἴπερ οὕτω κακῶς βουλευόμεθα, σῳζόμεθα, καὶ δύναμιν οὐδεμιᾶς πόλεως ἐλάττω κεκτημένοι τυγχάνομεν; ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα ἂν ἀποκριναίμην, ὅτι τοὺς ἀντιπάλους ἔχομεν οὐδὲν βέλτιον ἡμῶν φρονοῦντας. εἰ γὰρ μετὰ τὴν μάχην ἣν ἐνίκησαν θηβαῖοι λακεδαιμονίους, ἐκεῖνοι μὲν ἐλευθερώσαντες τὴν πελοπόννησον, καὶ τοὺς ἄλλους ἕλληνας αὐτονόμους ποιήσαντες ἡσυχίαν εἶχον, ἡμεῖς δὲ ταῦτα ἐξημαρτάνομεν, οὔτ' ἂν οὗτος εἶχε ποιήσασθαι ταύτην τὴν ἐρώτησιν, ἡμεῖς τ' ἂν ἔγνωμεν ὅσῳ κρεῖττόν ἐστι τὸ σωφρονεῖν τοῦ πολυπραγμονεῖν. νῦν δ' ἐνταῦθα περιέστηκε τὰ πράγματα, ὥστε θηβαῖοι μὲν ἡμᾶς σῴζουσιν, ἡμεῖς δὲ θηβαίους, καὶ συμμάχους. ἐκεῖνοι μὲν ἡμᾶς ποιοῦσιν, ἡμεῖς δὲ ἐκείνους. ὥστ' εἰ νοῦν εἴχομεν, ἀλλήλοις ἂν εἰς τὰς ἐκκλησίας ἀργύριον παρείχομεν. ὁπότεροι γὰρ ἂν πλεονάκις συλλεγῶσιν, οὗτοι τοὺς ἐναντίους ἄμεινον πράττειν ποιοῦσι. χρὴ δὲ τοὺς καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους, οὐκ ἐν τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήμασι τὰς ἐλπίδας ἔχειν τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐν τοῖς αὑτῶν πράγμασι καὶ ταῖς αὑτῶν διανοίαις.

Grauis omnino admonitio

Nam quicquid id est cõmodi, quod ex illorum imperitia nobis accedit, hoc omne illis forte fortuna resipientibus decedere, & permutatione facta in diuersum abire poterit. Quod uero ex nostra nobis uirtute contigit stabilius fuerit, & diutius utiq; nobis permanserit. Itaq; ijs, qui eiusmodi excusationû latebras sibi quærunt, respondere nõ admodum fuerit difficile. Sed si ex cordatioribus quispiam acrius instet, uera quidẽ me dicere, & quæ in re pub. parum recte fiant, iure optimo reprehendere. Verum nihilominus qui beneuole corripiãt, eorum esse officium non solum, quæ perperam fiant, accusare, sed & emendandi uiam monstrare, uidelicet quibus fugiendis, quibusq; amplectendis simul ad meliorem mentem queamus redire, simul tot errorũ turbis explicari. Hæc sane oratio me destituere posset facultate respondendi, nõ quæ uera sunt & rei pub. utilia, sed uestris animis grata. Cæterum quãdo aperte uobiscum agere & statui, & iam incepi, non cunctandum & hoc loco, quid sentiam aperire. Itaq; quibus rebus eum, qui sit futurus beatus, præditum oporteat, nempe pietate, temperantia, iusticia, reliquisq; uirtutum generibus, paulo ante diximus. Sed ut breuissimo compendio ad ea liceat peruenire, uerissimum fuerit, quod iam sum dicturus: tametsi uobis forsan ubi audieritis durum, & graue uidebitur, imò longe, lateq; ab aliorũ sententia alienum. Etenim si semel maris imperium affectare desierimus, fore arbitrarer, ut ciuitatẽ hanc nostrã felicius habitaremus, tum nos ipsi meliores euaderemus. Breuiter omĩa nobis negocia ex animi sententia procederent. Quãdo hæc pro ferendi imperŋ cupiditas sola est, quæ nos in has turbas conie cit, & eã rempu. subuertit, in qua maiores nostri degẽtes Græcorum omniũ felicissimi fuerũt. Quin fons est malorũ omniũ & eorum quæ nos iam premunt, & quæ per nos in alios deriuantur. Iam uero quanq; non ignoro quàm sit arduum, eum, qui magistratum, rem omnibus gratissimam & nulli non uel summa ope expetitam accuset, uideri tolerabile aliquid dicere, tamen

Obiurgantis officium.

Malorum maxima causa proferendi imperij cupiditas.

τὸ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐκείνων ἀμαθίαν συμβαῖνον ἡμῖν ἀγαθόν, τυχὸν ἂν παύσαιτο καὶ λάβοι μεταβολήν. τὸ δὲ διὰ τὴν αὑτῶν ἀρετὴν γιγνόμενον, βεβαίως ἂν ἔχοι, καὶ μᾶλλον παραμείνειεν ἡμῖν. πρὸς μὲν οὖν τοὺς εἰκῇ τὰς ὑπολήψεις ποιουμένους, οὐ χαλεπὸν ἀντειπεῖν. εἰ δὲ δή τις μοι τῶν ἐπιεικέστερον διακειμένων, ἀληθῆ μὲν λέγειν με προσομολογήσειεν, καὶ προσηκόντως ἐπιτιμᾶν τοῖς γιγνομένοις, δίκαιον δὲ εἶναι φαίη τοὺς ἐπ᾽ εὐνοίᾳ νουθετοῦντας, μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν πεπραγμένων, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύειν, ποίων ἀπεχόμενοι, καὶ τίνων ὀρεγόμενοι παυσαίμεθ᾽ ἂν ταύτην ἔχοντες τὴν γνώμην, καὶ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντες, οὗτος ὁ λόγος ἀπορεῖν ἄν με ποιήσειεν ἀποκρίσεως οὐκ ἀληθοῦς, οὐδὲ συμφερούσης, ἀλλὰ ἀρεσκούσης ὑμῖν. οὐ μήν, ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ ἀποκεκαλυμμένως ὥρμημαι λέγειν, οὐκ ἀποκνητέον ἀποφήνασθαι, καὶ περὶ τούτων. ἃ μὲν οὖν ὑπάρχειν δεῖ τοῖς μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, τήν τε εὐσέβειαν, καὶ τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν, ὀλίγον πρότερον εἰρήκαμεν. ὡς δ᾽ ἂν τάχιστα πρὸς τὸ τοιοῦτοι γενέσθαι παιδευθείημεν, ἀληθὲς μέν ἐστι τὸ ῥηθησόμενον. ἴσως δ᾽ ἂν ἀκούσασιν ὑμῖν, δεινὸν εἶναι δόξειεν, καὶ παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἐξηλλαγμένον διανοίας. ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι καὶ τὴν πόλιν ἡμᾶς ἄμεινον οἰκήσειν, καὶ βελτίους αὐτοὺς ἔσεσθαι, καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς πράξεις ἐπιδώσειν, ἢν παυσώμεθα τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλασσαν ἐπιθυμοῦντες. αὕτη γάρ ἐστιν, ἡ καὶ νῦν εἰς ταραχὴν ἡμᾶς καθιστᾶσα, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην καταλύσασα. μεθ᾽ ἧς οἱ πρόγονοι ζῶντες, εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν, καὶ σχεδὸν ἁπάντων τῶν κακῶν αἰτία, ὧν αὐτοί τε ἔχομεν, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν. οἶδα μὲν οὖν ὅτι χαλεπόν ἐστι δυναστείας ὑπὸ πάντων ἐρωμένης, καὶ περιμαχήτου γεγενημένης κατηγοροῦντα, δοκεῖν ἀνεκτόν τι λέγειν.

tamen cum iam ante multorum orationes ueras quidem, ſed
tamen offenſæ proximas, & parũ ſuaues ſuſtinueritis, precor
& hæc noſtra interim toleretis, nec ſtatim meam inſaniã dam
netis: quaſi ipſe apud uos de rebus inopinatis dicere inſtitue
rim, de quibus tamen nihil ueri, nihil certi afferre queam. Imò
Vt feliciter proponit. uniuerſis, opinor, hoc manifeſtum reddam, imperium, quod
affectamus, primum neq; iure in nos competere: deinde ad id
parandum uires noſtras nõ eſſe pares. Poſtremo ut maxime
habeamus & ius, & uires, neq; tamen id nobis conferre. Prin
cipio quod eius ius nobis non competat, quia iam ante à uo
bis ſum edoctus, nunc uiciſſim minori negocio uos edocere
poſſum. Nam quum eandem ditionem Lacedæmonij habe
rent, quæſo uos, quot uerba prodegimus, iam iniuſtum eorũ
imperium incuſando, iam æquũ eſſe, ut Græci omnes in liber
tate uiuentes ſuis legibus uterent, iactãdo? Deinde quas Græ
corum ciuitates in auxilium, quod pro eis liberandis tum co
gebatur, non ſolicitauimus? Tum ad magnum illum Perſarũ
regem quot legationes emiſimus, quæ exponerẽt quàm eſſet
iniquum, quamq; parum utile, unicam ciuitatem Græcis uni
uerſis imperare? Nec ante belli finem fecimus terra mariq; pe
riclitãdo, quàm Lacedæmonij in fœdera quibus Græcis liber
tas redderetur, facienda conſentirent. Itaq; non per omnia iu
ſtum eſſe, ut potentiores inferioribus imperent, partim tẽpori
bus illis ipſi decreuimus, partim in hac reipub. qualicunq; for
ma apparet. Porrò quod ad eam ditionem recuperandam nõ
ſufficiant uires, paucis, opinor, oſtẽdi poterit. Nã ſi ſemel par
tam decies mille talentis tueri non poteramus, qui nam perdi
tam in tanta rerum omnium egeſtate recuperaremus? maxi
me cum iam moribus ſimus præditi non illis, quibus id im
perij olim peperimus, ſed quibus partum amiſimus. Iam hinc
certe aperte mihi colligere poſſe uidemini eam ditionem, eti
amſi ultro offeratur, nobis non acceptandam. Sed priuſquam
hic progrediar uiſum eſt paucula quædam præfari. Vereor
enim

ὅμως δ' ἐπειδήπερ ὑπεμείνατε καὶ τοὺς ἄλλους λόγους, ἀληθεῖς μὲν ὄν-
τας, φιλαπεχθήμονας δὲ, καὶ τούτων ὑμᾶς ἀνέχεσθαι δέομαι, καὶ μὴ κα-
ταγνῶναί μου τοσαύτην μανίαν, ὡς ἄρα ἐγὼ προειλόμην διαλεχθῆ-
ναι πρὸς ὑμᾶς περὶ πραγμάτων οὕτω παραδόξων, εἰ μή τι λέγειν ἀλη-
θὲς εἶχον περὶ αὐτῶν. νῦν δ' οἶμαι φανερὸν ποιήσειν ἅπασιν, ὡς οὔτε
δικαίας ἀρχῆς ἐπιθυμοῦμεν, οὔτε γενέσθαι δυνατῆς, οὔτε συμφερούσης
ἡμῖν, ὅτι μὲν οὖν οὐ δικαίας, παρ' ὑμῶν μαθὼν, ὑμᾶς ἔχω διδά-
σκειν. ὅτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ταύτην εἶχον τὴν δύναμιν, ποίους λόγους
οὐκ ἀνηλώσαμεν, κατηγοροῦντες μὲν τῆς ἐκείνων ἀρχῆς, διεξιόντες δὲ,
ὡς δίκαιόν ἐστιν αὐτονόμους εἶναι τοὺς Ἕλληνας. τίνας δὲ τῶν πόλεων
τῶν ἑλληνίδων οὐ παρεκαλέσαμεν ἐπὶ τὴν συμμαχίαν, τὴν ὑπὲρ τού-
των συστᾶσαν. πόσας δὲ πρεσβείας, ὡς βασιλέα τὸν μέγαν ἀπεστείλαμεν
διδασκούσας αὐτὸν, ὡς οὔτε δίκαιόν ἐστιν, οὔτε συμφέρον, μίαν πό-
λιν κυρίαν εἶναι τῶν Ἑλλήνων. οὐ πρότερον δὲ πολεμοῦντες ἐπαυσά-
μεθα, καὶ κινδυνεύοντες καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν, πρὶν ἠθέλη-
σαν Λακεδαιμόνιοι ποιήσασθαι τὰς συνθήκας τὰς περὶ τῆς αὐτονομί-
ας. ὅτι μὲν οὖν οὐ δίκαιόν ἐστι τοὺς κρείττους τῶν ἡττόνων ἄρχειν, ἐν
ἐκείνοις τε τοῖς χρόνοις ἐτυγχάνομεν ἐγνωκότες, καὶ νῦν ἐπὶ
τῆς πολιτείας τῆς παρ' ἡμῖν καθεστώσης. ὡς δ' οὐκ ἂν δυνηθείημεν
τὴν ἀρχὴν ταύτην καταστήσασθαι, ταχέως οἶμαι δηλώσειν. ἣν
γὰρ μετὰ μυρίων ταλάντων, οὐχ οἷοί τε ἦμεν διαφυλάξαι, πῶς
ἂν ταύτην ἐκ τῆς παρούσης ἀπορίας κτήσασθαι δυνηθείημεν;
ἄλλως τε καὶ χρώμενοι τοῖς ἤθεσιν, οὐκ οἷς ἐλάβομεν, ἀλλ' οἷς
ἀπωλέσαμεν αὐτήν. ὡς τοίνυν οὐδὲ διδομένην δέξασθαι τῇ πό-
λει συμφέρει, δοκεῖτέ μοι τάχιστ' ἂν ἐκεῖθεν καταμαθεῖν. μᾶλ-
λον δὲ καὶ περὶ τούτων βούλομαι μικρὰ προειπεῖν. δέδοικα

γὰρ μὴ

enim ne dũ crebro adeo uos obiurgo, uidear aliquibus ipsum senatũ dedita opera accusare. Profecto si de rebus nostris ad eum modum apud alios uerba facerem, crimẽ hoc utiq; in me hæreret: nunc autem apud uosipsos dico, non huc spectans, ut uos apud alios in crimen uocem, sed ut à noxijs eiusmodi cœptis deducam, & uos ipsi pacẽ, qua tota hæc oratio nititur, cum in ipsam ciuitatem, tum Græciam omnem reducatis. Atqui necesse est utrunq;, & qui amice monet, simul qui nocẽdi studio accusat, quod ad uerba attinet, similia loqui, sed ipsare, atq; animis inter sese quàm longissime dissidere. Quamobrẽ erga eos, qui eadem dicunt, auditorem non eodem modo decet affici. Quin eos, qui nocendi studio male dicunt, tanq̃ rei pub. inimicos conuenit odisse, qui uero iuuandi animo castigant, laudare, optimosq; ciues iudicare. Tum ex his ipsis, cæteris præstare putandi, qui luculentissime ostẽdere, & uelut oculis subijcere queant, cum quæ in agendis rebus sint fugiẽda, tũ calamitates, quæ ex malis moribus in remp. scaturiant. Quod si feceritis, celerrime q̃s apud uos cõsequeretur, ut eis, quæ noxia sunt, posthabitis, meliora sectaremini. De uerborum ergo asperitate, deq; his, quæ hactenus diximus, quæq; deinceps dicturi sumus, apud uos hoc modo ueniam præfari uoluimus. Nunc autem aliud, unde sum digressus, initium faciam. Equidem quàm sit parum utile uobis maris imperium uel oblatum accipere, hinc uos pulcherrime colligere posse dicebam, si expenderemus, primum quo nam modo respub. sit administrata, qualisq; in statu fuerit prius, quàm hanc potentiã nacti essemus: deinde in quas angustias sensim sit dilapsa res nostra, ex quo imperium in mare habuimus. Nam si hæc inter sese cõposita præsenti animo inspexeritis, quot & quantorũ malorũ causa ciuitati fuerit, cognoscetis. Certe respub. quæ tũ erat, ea quæ postea est inducta, tanto superior florentiorq;, fuit, quãto Aristides, Themistocles, & Miltiades uiri erant Hyperbulo & Cleophonte, eisq; qui nunc reip. habenas tractant, meliores.

Non quid sed quo animo dicatur attendẽdum.

Quod

γὰρ μὴ διὰ τὸ πολλάκις ἐπιτιμᾶν, δόξω τισὶ προαιρεῖσθαι τῆς πόλεως κατηγορεῖν. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν πρὸς ἄλλους τινὰς οὕτως ἐπεχείρουν διεξιέναι περὶ τῶν πραγμάτων, εἰκότως ἂν εἶχον τὴν αἰτίαν ταύτην. νῦν δὲ πρὸς ὑμᾶς ποιοῦμαι τοὺς λόγους, οὐ διαβάλλειν πρὸς ἑτέρους ἐπιθυμῶν, ἀλλ' αὐτοὺς ὑμᾶς βουλόμενος παῦσαι τῶν τοιούτων ἔργων. καὶ τὴν εἰρήνην περὶ ἧς ἅπας ὁ λόγος ἐστὶ βέβαιον, καὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἕλληνας τοὺς ἄλλους ἀγαγεῖν. ἀνάγκη δὲ τοὺς νουθετοῦντας καὶ τοὺς κατηγοροῦντας, τοῖς μὲν λόγοις χρῆσθαι παραπλησίοις, τὰς δὲ διανοίας ἔχειν ἀλλήλαις ὡς οἷόν τε ἐναντιωτάτας. ὥστε περὶ τῶν ταυτὰ λεγόντων, οὐ προσήκει τὴν αὐτὴν ὑμᾶς γνώμην ἔχειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, μισεῖν ὡς κακόνους ὄντας τῇ πόλει. τοὺς δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ νουθετοῦντας, ἐπαινεῖν καὶ βελτίους τῶν πολιτῶν νομίζειν· καὶ τούτων αὐτῶν μάλιστα τὸν ἐναργέστατα δυνάμενον δηλῶσαι, τάς τε πονηρὰς τῶν πράξεων, καὶ τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ποιήσειεν ὑμᾶς μισήσαντας ἃ δεῖ, βελτιόνων ἐπιθυμῆσαι πραγμάτων. ὑπὲρ μὲν οὖν τῆς τῶν λόγων τραχύτητος, καὶ τῶν εἰρημένων καὶ τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων, ταῦτ' ἔχω λέγειν πρὸς ὑμᾶς. ὅθεν δ' ἀπέλιπον, πάλιν ποιήσομαι τὴν ἀρχήν. ἔφασκον γὰρ ἐκεῖθεν κάλλιστ' ἂν ὑμᾶς καταμαθεῖν, ὡς οὐ συμφέρει λαβεῖν τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν, εἰ σκέψαισθε τίνα τρόπον ἡ πόλις διῳκεῖτο, πρὶν τὴν δύναμιν ταύτην κτήσασθαι, καὶ πῶς ἐπειδὴ κατέσχεν αὐτήν. ἢν γὰρ ταῦτα παράλληλα τῇ διανοίᾳ θεωρήσητε, γνώσεσθε πόσων κακῶν αἰτία τῇ πόλει γέγονεν. ἡ μὲν τοίνυν πολιτεία, τοσούτῳ βελτίων ἦν καὶ κρείττων ἡ τότε, τῆς ὕστερον κατασταθείσης, ὅσῳ ἀριστείδης καὶ θεμιστοκλῆς καὶ μιλτιάδης, ἄνδρες ἀμείνους ἦσαν ὑπερβόλου καὶ κλεοφῶντος, καὶ τῶν νῦν δημηγορούντων.

Quod si ad populum, qui tum ciuitatem tenebat, cogitatione conuertamini, inuenietis non qualem hodie desidia, egestate, & uana spe plenum, sed eiusmodi, qui in pugnis sua manu omneis, qui regionem hanc inuadebant, uincere potuerint, quiq; periculis pro communi patria Græcia subeundis fortissimorum militum dona ab imperatoribus emeruerint: tum fide adeo bona, ut ei se in manum ultro dederent ciuitates pleræq; omnes. At his nostris succedentibus, immodica potentia, qua per stulticiam abutebantur, nos cõiecit in hanc licentiã, quam nemo sanè laudaret. Pro uictoria porrò, quam ab hostibus illi reportarunt olim, sic ciues instituit, ut neq; sub ipsis urbis mœnibus hostibus occurrere audeant. At pro sociorum erga maiores nostros beneuolentia, & studio, próque gloria, quam ei dabant alij Græci omnes, eò odij peruentum est, ut parum ab fuerit quin ipsa nostra ciuitas direpta fuisset, nisi Lacedæmonios, qui denuo aduersum nos bella gerebant, magis propicios, quàm eos qui nobis socij fuerant, sensissemus. Quibus equidem quod male nobis uoluerint, non admodum uitio dederim, quando non uoluntarij, sed lacessiti, ac multis, magnisq; malis à nobis affecti hunc animum in nos induerunt. Quis enim patrum nostrorum insolentiam perferre potuisset, qui ex uniuersa Græcia desidiosissimum quenq;, & omni scelerum genere coopertum colligere solebant, atque hominum fece classibus instructis, reliquis Græcis bella inferebant? Atque ad eum modum optimos quosque in alijs ciuitatibus habitanteis expellebant, & eorum bona pessimis quibusque distribuerunt. Cæterum si quæ temporibus illis facta sunt accuratius auderem persequi, futurum forsan esset, ut uos quidem de cæteris consideratius consuleretis, ipse uero calumniam uix effugerem. Etenim pro more habetis eorum, quæ perperam fiunt, non tam autores, quàm incusatores odisse. Ergo cum hoc animo sitis præditi, uereor, ne dum beneficijs uos demereri studeo, mihi ipse mali aliquid accersam.

Attamen

τὸν δὲ δῆμον εὑρήσετε τὸν τότε πολιτευόμενον, οὐκ ἀργίας, οὐδ' ἀπορίας οὐδ' ἐλπίδων κενῶν ὄντα μεστὸν, ἀλλὰ νικᾶν μὲν δυνάμενον ἐν ταῖς μάχαις πάντας τοὺς εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλοντας. ἀριστείων δὲ ἀξιούμενον ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος κινδύνοις, οὕτω δὲ πιστευόμενον, ὥστε τὰς πλείστας αὐτῷ τῶν πόλεων ἑκούσας ἐγχειρίζειν σφᾶς αὐτάς. τούτων δ' ὑπαρχόντων, ἀντὶ μὲν τῆς πολιτείας τῆς παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμούσης, ἐπὶ τοιαύτην ἀκολασίαν, ἡ δύναμις ἡμᾶς αὕτη προήγαγεν, ἣν οὐδεὶς ἂν τῶν ἀνθρώπων ἐπαινέσειεν. ἀντὶ δὲ τοῦ νικᾶν τοὺς ἐπιστρατεύοντας, οὕτω τοὺς πολίτας ἐπαίδευσεν, ὥς τε μὴ δὲ πρὸ τῶν τειχῶν τολμᾶν ἐπεξιέναι τοῖς πολεμίοις. ἀντὶ δὲ τῆς εὐνοίας τῆς παρὰ τῶν συμμάχων αὐτοῖς ὑπαρχούσης, καὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἄλλων ἑλλήνων, εἰς τοσοῦτον μῖσος κατέστησεν, ὥς τε παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν, ἐξανδραποδισθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ λακεδαιμονίων τῶν ἐξ ἀρχῆς πολεμούντων εὐνουστέρων ἐτύχομεν, ἢ τῶν πρότερον ἡμῖν συμμάχων ὄντων, οἷς οὐκ ἂν δικαίως ἐγκαλοῖμεν, ὅτι χαλεπῶς πρὸς ἡμᾶς διετέθησαν. οὐ γὰρ ὑπάρχοντες, ἀλλ' ἀμυνόμενοι, καὶ πολλὰ, καὶ δεινὰ παθόντες, τοιαύτην γνώμην ἔσχον περὶ ἡμᾶς. τίς γὰρ ἂν, ὑπέμεινε τὴν ἀσέλγειαν τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων, οἳ συνάγοντες ἐξ ἁπάσης τῆς ἑλλάδος τοὺς ἀργοτάτους, καὶ τοὺς ἁπασῶν τῶν πονηριῶν μετέχοντας, πληροῦντες τούτων τὰς τριήρεις, ἀπηχθάνοντο τοῖς ἕλλησι. καὶ τοὺς μὲν βελτίστους, τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐξέβαλλον. τοῖς δὲ πονηροτάτοις τῶν ἑλλήνων τἀκείνων διένεμον. ἀλλὰ γὰρ εἰ τολμήσαιμι περὶ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γενομένων ἀκριβῶς διελθεῖν, ὑμᾶς μὲν ἴσως ἂν ποιήσαιμι βέλτιον βουλεύσασθαι περὶ τῶν ἄλλων, αὐτὸς δ' ἂν διαβληθείην. εἰώθατε γὰρ μισεῖν, οὐχ οὕτω τοὺς αἰτίους τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς τοὺς κατηγοροῦντας αὐτῶν. τοιαύτην οὖν ὑμῶν γνώμην ἐχόντων, δέδοικα, μὴ πειρώμενος ὑμᾶς εὐεργετεῖν, αὐτὸς ἀπολαύσω τι φλαῦρον.

Attamen ab his,quæ apud animum statui,non omnino desistam. Certe quæ quidem uestris animis maximum sunt allatura dolorem,prætermittam,quæ uero patrum nostrorum stulticiam docere uos poterint,eorum inferam mentionẽ.Nã quasi dedita opera rationem inuenerunt,qua omniũ maxime odiosos se facerent,adeo ut pecuniã ,quæ forte ex tributis superesset,per talenta distractã in Dionysijs apud Orchestram populo diuidendam decreuerint.At ubi iam plenũ erat theatrũ, aliud quiddam excogitarunt,nempe eorum qui bello cecidissent,liberos inducebant ex ærario publico nutriendos,seseper hoc utrisq; & socijs,& Græcis reliquis ostentantes:illis quidem quanta facultatum suarũ precia mercenarijs militibus sibi perijssent:his uero quanta pupillorum ,quos è publico nutrirent,esset multitudo:tũ,calamitates in quas propterea,quod plus cæteris habere studerent,incidissent.Atq; hæc dum facerent & ipsi ciuitatem scilicet promouebant ,& multi ,qui parũ mente ualebant,eam per hoc beatam prædicabant. Itaq; accidit ut dum opum fulgorem mirantur,sibiq; hac gratia placẽt, nihil eorum,quæ postea essent euẽtura prospicerent,uidelicet quod opes per iniuriam aliunde in ciuitatem conuectæ & pristinas nostras fortunas unà secum fuerant perdituræ. Etenim suas ipsorum familiares copias adeo negligenter curabant, & alienas facultates affectabant,ut quãuis Lacedæmonij hostes hanc patriam inuaderent ,etiam propugnaculo illo Decelico iam erecto,ipsi tamen classem contra Siculos instruerent,nec puderet,modo in eos qui nunquam aliquo in nos commisso peccarunt ,exercitum ducerent , patriam hostibus diripiendam deserere.Quin eò dementiæ sunt prolapsi,ut cum suburbia sua non tenerent,totius tamen Italiæ,Siciliæ,ac Carthaginis imperia sibi pollicerentur.Porrò stulticia mortalibus omnibus tanto fuerunt superiores,quanto alios quidem omneis mala sua & modestiores & prudentiores faciunt. Illi uero tot calamitatibus ne tantillum quidem facti sunt emendatiores.

οὐ μὴν ἀποστήσομαι παντάπασιν ὧν διενοήθην, ἀλλὰ τὰ μὲν πικρότατα, καὶ μάλιστ' ἂν ὑμᾶς λυπήσοντα, παραλείψω. μνησθήσομαι δὲ τούτων μόνον, ἐξ ὧν γνώσεσθε τὴν ἄνοιαν τῶν τότε πολιτευομένων. οὕτω γὰρ ἀκριβῶς εὕρισκον ἐξ ὧν ἄνθρωποι μάλιστ' ἂν μισηθεῖεν, ὥστ' ἐψηφίσαντο τὸ περιγιγνόμενον ἐκ τῶν φόρων ἀργύριον διελόντες κατὰ τάλαντον, εἰς τὴν ὀρχήστραν τοῖς Διονυσίοις εἰσφέρειν, ἐπειδὰν πλῆρες ᾖ τὸ θέατρον. καὶ τοῦτ' ἐποίουν καὶ παρεισῆγον τοὺς παῖδας τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότων. ἀμφοτέροις ἐπιδεικνύντες, τοῖς μὲν συμμάχοις, τὰς τιμὰς τῆς οὐσίας αὐτῶν ὑπὸ μισθωτῶν εἰσφερομένας, τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησι, τὸ πλῆθος τῶν ὀρφανῶν, καὶ τὰς συμφορὰς τὰς διὰ τὴν πλεονεξίαν ταύτην γιγνομένας, καὶ ταῦτα δρῶντες, αὐτοί τε τὴν πόλιν εὐδαιμόνιζον. καὶ πολλοὶ τῶν νοῦν οὐκ ἐχόντων, ἐμακάριζον αὐτήν. τῶν μὲν συμβήσεσθαι διὰ ταῦτα μελλόντων, οὐδεμίαν ποιούμενοι πρόνοιαν, τὸν δὲ πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες· ὃς ἀδίκως εἰς τὴν πόλιν εἰσελθών, καὶ τὸν δικαίως ὑπάρξαντα διὰ ταχέων ἔμελλε προσαπολεῖν. εἰς τοῦτο γὰρ κατέστησαν τῆς μὲν οἰκείων ἀμελείας, τῆς δ' ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας, ὥστε Λακεδαιμονίων ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν, καὶ τοῦ τείχους ἤδη τοῦ Δεκελεικοῦ συνεστηκότος, εἰς Σικελίαν τριήρεις ἐπλήρουν, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο τὴν πατρίδα τεμνομένην καὶ πορθουμένην περιορῶντες, ἐπὶ δὲ τοὺς οὐδὲν πώποτε εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνοντας, στρατιὰς ἐκπέμποντες. ἀλλ' ἐς τοῦτ' ἀφροσύνης ἦλθον, ὥστε τῶν προαστείων τῶν οἰκείων οὐ κρατοῦντες, Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Καρχηδόνος ἄρξειν προσεδόκησαν. τοσοῦτον δὲ διήνεγκαν ἀνοίᾳ πάντων ἀνθρώπων, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους, ἐκεῖνοι δ' οὐδὲν ὑπὲρ τούτων ἐπαιδεύθησαν.

Sed enim interea, dum infelix illud maris imperiũ tenuerũt, in mala & plura & maiora ceciderunt, quàm omni seculorum memoria ciuitati acciderint. Etenim, ut è multis pauca recenseam, triremes ducentæ, quas in Aegyptum duximus unà cũ ipsis uectoribus interierunt: circa Cyprum autem centum & quinquaginta. In Ponto decem milia armatorum, partim suorum, partim sociorũ perdiderunt: at in Siculis milites quidem quadragies mille, triremes autẽ quadraginta supra ducẽtas: postremo in Hellesponto triremes itidẽ ducentas. Porrò naues, quas nunc decem, nunc quinq;, nũc plureis perdidimus: & milites, quorũ iam milleni iam bismilleni ceciderũt, quis certo numero cõprehenderit? Ac uero tot, & tãtis cladibus subinde recurrentibus uix per ociũ licebat singulis annis ciuiũ, qui bello cæsi desiderabãtur, funera celebrari. Ad quos ludos Græci multi partim uicini, partim remotius habitantes cõmeabant, non ut mortuos unà nobiscum lugerẽt, sed miseriarũ nostrarũ spectaculo suos oculos oblectarent. Et ne sic tandẽ senserunt stolidi se simul, & publica sepulchra ciuibus indigenis, & simul tribus & rationaria quibus magistratuum nomina inscribuntur alienigenis implere. Iã quanta sit eorũ, qui his malis succubuerunt multitudo, hic uel maxime quis poterit colligere, quod illustrissimorum uirorum familias, ac domos, quæ tyrannicos illos tumultus, bellumq; Persicum effugerunt, eius imperij, q̃d nunc captamus tempore emortuas, ac funditus euersas inuenimus: ut si de reliquis considerando huc uelut ad exẽplar respicere uelis, uideas penè pmutatos ad unũ omneis. Atqui ciuitatem cõuenit existimare felicem, nõ quæ ciueis q̃plurimos ex omni hominũ genere citra delectũ collectos habeat, sed potius, quæ maiori cura nobilitatẽ eorũ, qui primi ciuitatẽ habitarint, studet cõseruare. Tũ uiros admirari decet, neq; q ꝑ occasionem tyrannidẽ occupent, neq; qui potentiã iusto maiorem habeant, sed qui etiamsi maximis honoribus sunt digni, tamẽ qualescunque honores sibi à populo delatos boni consulant.

Quæ ciuitas felix.

Hæc enim

καὶ τοι πλείοσι καὶ μείζοσι κακοῖς περιέπεσον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ταύτης, τῶν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τῇ πόλει γεγενημένων. εἰς Αἴγυπτον μὲν γε διακόσιαι πλεύσασαι τριήρεις, αὐτοῖς τοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν, περὶ δὲ κύπρον πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐν δὲ τῷ πόντῳ, μυρίους ὁπλίτας αὑτῶν καὶ τῶν συμμάχων ἀπώλεσαν. ἐν σικελίᾳ δὲ, τέτταρας μυριάδας καὶ τριήρεις τετταράκοντα καὶ διακοσίας. τὸ δὲ τελευταῖον ἐν ἑλλησπόντῳ διακοσίας. τὰς δὲ κατὰ δέκα καὶ πέντε καὶ πλείους τούτων ἀπολλυμένας, καὶ τοὺς κατὰ χιλίους καὶ δισχιλίους ἀποθνήσκοντας, τίς ἂν ἐξαριθμήσειε; πλὴν ἓν ἦν τοῦτο τῶν ἐγκυκλίων ταφὰς ποιεῖσθαι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν, εἰς ἃς πολλοὶ καὶ τῶν ἀστυγειτόνων καὶ τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἐφοίτων οὐ συμπενθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας, ἀλλ' ἐφησθησόμενοι ταῖς ὑμετέραις συμφοραῖς. τελευτῶντες δ' ἔλαθον σφᾶς αὐτοὺς, τοὺς μὲν τάφους τοὺς δημοσίους τῶν πολιτῶν ἐμπλήσαντες, τὰς δὲ φατρίας καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ ληξιαρχικὰ, τῶν οὐδὲν τῇ πόλει προσηκόντων. γνοίη δ' ἄν τις ἐκεῖθεν μάλιστα τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων. τὰ γὰρ γένη τῶν ἀνδρῶν τῶν ὀνομαστοτάτων, καὶ τοὺς οἴκους τοὺς μεγίστους, οἳ καὶ τὰς τυραννικὰς στάσεις, καὶ τὸν μηδικὸν πόλεμον διέφυγον, εὑρήσομεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἧς ἐπιθυμοῦμεν ἀναστάτους γεγενημένους. ὥστ' εἴ τις σκοπεῖσθαι βούλοιτο περὶ τῶν ἄλλων, ὥσπερ πρὸς παράδειγμα τοῦτ' ἀναφέρων, φανείημεν ἂν μικροῦ δεῖν ἀντηλλαγμένοι. καὶ τοι χρὴ πόλιν μὲν εὐδαιμονίζειν, μὴ τὴν ἐξ ἁπάντων ἀνθρώπων εἰκῆ πολλοὺς πολίτας ἀθροίζουσαν, ἀλλὰ τὴν τὸ γένος τῶν ἐξ ἀρχῆς τὴν πόλιν οἰκησάντων μᾶλλον τῶν ἄλλων διασῴζουσαν, ἄνδρας δὲ ζηλοῦν, μὴ τοὺς τὰς τυραννίδας κατέχοντας, μηδὲ τοὺς μείζω δυναστείας τοῦ δικαίου κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺς ἀξίους μὲν ὄντας τῆς μεγίστης τιμῆς, στέργοντας δὲ ταῖς ὑπὸ τοῦ πλήθους διδομέναις δωρεαῖς.

ταύτης

Hæc enim est potẽtia,qua sola,neq; princeps,neq; senatus ullam aut honestiorem,aut stabiliorem,aut etiam pluris æstimandam poterit consequi q̃ cũ illo qui belli Persici tẽpore in rep. floruerunt,haberent,nõ quemadmodũ nos nunc latronũ & prædonum exemplo sic degebant,ut iam immodica rerũ copia affluerent,iam frumenti penuria laborarent ,iã obsidionis discrimine premerentur,breuiter in summis malis uersarẽtur. Verum quod ad uictum quotidianũ attinet,neq; egestate laborabant,neq; luxu diffluebant. Porrò in reipu. gubernandæ seueritate,iusticiaq; & item uirtutibus eiusmodi alijs,inter sese pulcherrimo certaminis genere cõtendebant. Quibus rebus sunt cõsecuti,ut ætatẽ suã suauius longe,q̃ cæteri,peragerent. Has ueterũ arteis,quia posteri neglexerũt nõ imperare ,sed tyrannidem exercere cœperũt. Quæ duo tametsi eodẽ recidere uidẽtur,lõgissimo tamẽ interuallo inter sese dissidẽt. Nam ut principis est officiũ suis ipsius curis & studijs subditorũ statũ reddere feliciorẽ,ita tyrannis mos est ciuiũ laboribus,& malis ocium sibi,& uoluptatẽ parare. Atqui necesse est,qui eiusmodi res conantur,& in tyrãnicas calamitates incidere ,atq; eisdẽ retaliari malis,quibus ipsi alios afficere studuerunt. Id quod & ciuitati accidit. Etenim pro eo,quod aliorũ arces nostris præsidijs occupare ueteres solebãt,maiores nostri hostes suæ ipsorũ dominos factos conspexerunt. At quod olim hostiũ liberos à parentum complexu abductos obsides capiebamus,pro co ciues multi coacti sunt suos per obsidionem peius q̃ eis conuenit,instituere,educareq;. Tum aũt cũ olim alienos agros coluerint patribus nostris per hostiũ incursus ,suos multis iã annis ne uisere quidẽ licuit. Quam ob rem siquis nos roget an tantuli temporis imperium,tot ac tantis ciuitatis incõmodis emere parati simus,quis utiq; huic assentiret,nisi qui forsan sit mẽte planè captus,ut neq; sacerdotũ,neq; parentũ ,neq; liberorũ, breuiter nullius gerat curam,sed imperiũ suo tantũ seculo duraturum spectet, cuius sententiam sequi sit indignissimum. Quin

Quæ opt. potentia.

Tyranni & principis discrimen.

ταύτην δὲ ἐξουσίαν οὐδεὶς, οὔτε ἀνὴρ, οὔτε πόλις λαβεῖν ἂν δύναιτο
σπουδαιοτέραν, οὐδὲ ἀσφαλεστέραν, οὐδὲ πλείονος ἀξίαν. ἣν περὶ οἱ πε-
ρὶ τὰ περσικὰ γενόμενοι σχόντες, οὐχ ὁμοίως τοῖς λῃσταῖς ἐβίωσαν.
τοτὲ μὲν πλείω τῶν ἱκανῶν ἔχοντες, τοτὲ δὲ σιτοδείαις καὶ πολιορκείαις,
καὶ τοῖς μεγίστοις κακοῖς κατεστῶτες. ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν τροφὴν τὴν καθ'
ἡμέραν, οὔτ' ἐν ἐνδείαις, οὔτ' ἐν ὑπερβολαῖς ὄντες. ἐπὶ δὲ τῇ τῆς πο-
λιτείας δικαιοσύνῃ καὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἑαυτῶν φιλοτιμούμενοι,
καὶ τὸν βίον ἥδιον τῶν ἄλλων διάγοντες. ὧν ἀμελήσαντες οἱ γε-
νόμενοι μετ' ἐκείνους, οὐκ ἄρχειν, ἀλλὰ τυραννεῖν ἐπεχείρησαν. ἃ δο-
κεῖ μὲν τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν, πλεῖστον δ' ἀλλήλων κεχώρισται.
τῶν μὲν γὰρ ἀρχόντων ἔργον ἐστὶ, τοὺς ἀρχομένους ταῖς ἑαυτῶν ἐπιμε-
λείαις ποιεῖν εὐδαιμονεστέρους, τοῖς δὲ τυράννοις ἔθος καθέστηκε, τοῖς
τῶν ἄλλων πόνοις καὶ κακοῖς, αὐτοῖς ἡδονὰς παρασκευάζειν. ἀνάγκη δὲ
τοὺς τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειροῦντας, τυραννικαῖς καὶ ταῖς συμφοραῖς πε-
ριπίπτειν, καὶ τοιαῦτα πάσχειν, οἷάπερ ἂν καὶ τοὺς ἄλλους δράσωσιν.
ἃ καὶ τῇ πόλει συνέπεσεν. ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ φρουρεῖν τὰς τῶν ἄλλων ἀκροπό-
λεις, τῆς αὑτῶν ἐπεῖδον τοὺς πολεμίους κυρίους γενομένους. ἀντὶ δὲ τοῦ παῖ-
δας ὁμήρους λαμβάνειν, ἀποσπῶντες ἀπὸ πατέρων καὶ μητέρων,
πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἠναγκάσθησαν τοὺς αὑτῶν ἐν πολιορκίᾳ χεῖ-
ρον παιδεύειν καὶ τρέφειν, ἢ προσῆκεν αὐτοῖς. ἀντὶ δὲ τοῦ γεωργεῖν
τὰς χώρας τὰς ἀλλοτρίας, πολλῶν ἐτῶν οὐδ' ἰδεῖν αὐτοῖς ἐξεγέ-
νετο τὴν αὑτῶν. ὥστε εἴ τις ἡμᾶς ἐρωτήσειεν, εἰ δεξαίμεθ' ἂν τοσοῦτον
χρόνον ἄρξαντες, τοιαῦτα παθοῦσαν τὴν πόλιν ἐπιδεῖν, τίς ἂν ὁμολο-
γήσειεν. πλὴν εἰ μή τις παντάπασιν ἀπονενοημένος ἐστὶ, καὶ μήθ' ἱερῶν,
μήτε γονέων, μήτε παίδων, μήτ' ἄλλου μηδενὸς φροντίζοι, πλὴν
τοῦ χρόνου μόνον τοῦ καθ' ἑαυτόν. ὧν οὐκ ἄξιον τὴν διάνοιαν ζηλοῦν.

Quin eos magis æmulari conuenit, qui omnium earum rerum cura soliciti nihil minus pro communi omnium gloria, quàm propria elaborant, quicq; si detur optio, malint cum iusticia modicas facultates, quàm per iniusticiam summas opes. Etenim quia eiusmodi uiros se reipub. præstabant nostri maiores, & ciuitatem posteris felicissimam tradiderunt, & uirtutum suarum memoriam immortalem reliquerunt. Ex quibus utracq; hæc discere perfacile est. Primum, quod hæc nostra regio uiros alijs præstantiores alere potest: deinde quod imperium illud, quod uocant, nam in re nihil aliud est, quàm calamitas, in hoc uelut natum est, ut quicunq; id amplectatur, eos peiores faciat. Cuius rei maximum est indiciū, quod non modo nos, sed & Lacedæmoniorum ciuitatē ita corrupit, ut hi, qui illorum uirtutes laudibus ferre consueuerant, nō amplius in orationem assumere uere queant, nos quidem ob immodicam populi libertatem, rerum successu abusos: at Lacedæmonios si eam potentiam ..acti fuissent per eā occasionem, tum sese, tum alios felices facere potuisse. Ac citius quidem & lōge minore negocio tam malum esse imperij illius uelut genium ostenderint, ut rempub. quam septingentis iam annis turbatā nec periculis, nec calamitatibus uidit nemo, eam non ita tēpore longo labefactarit, & ruinæ proximā fecerit. Nam pro honestis studijs, quæ apud eos olim erant in precio, nunc priuatos quidem reddidit totos iniquos, desides, licentia solutos, auaros. Sed communes ciuitatis magistratus sociorum quidē contemptus, aliena uero rapiendi libido inuasit. Tum iureiurandi ac fœderum religio ab his pro nihilo duci cœpit. Etenim iniurijs, quibus Græcos uexarunt, tanto nostros præcelluerunt, ut ad priora facinora, seditiones, & cædes adiecerint. Quas ob res perpetuas, nec unquam ē memoria delendas inimicitias inter se gerunt. Et cum aliâs in eiusmodi rebus suscipiēdis cauti, & religiosi fuerunt, eius imperij tempore inconsiderate adeo, & cupide bellicis periculis sese exponebāt, ut neq; à socijs,

ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τῶν πολλὴν πρόνοιαν ἁπάντων τῶν πιστῶν πεποιημένων, καὶ μηδὲν ἧττον ὑπὲρ τῆς κοινῆς δόξης ἢ τῆς ἰδίας φιλοτιμουμένων, καὶ προαιρουμένων μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλλον, ἢ πλοῦτον μέγαν μετὰ ἀδικίας. καὶ γὰρ οἱ πρόγονοι τοιούτους αὑτοὺς παρέχοντες, τήν τε πόλιν εὐδαιμονεστάτην τοῖς ἐπιγιγνομένοις παρέδοσαν, καὶ περὶ αὑτῶν ἀρετῆς, ἀθάνατον τὴν μνήμην κατέλιπον. ἐξ ὧν ἀμφότερα ῥᾴδιόν ἐστι καταμαθεῖν, καὶ τὴν χώραν ἡμῶν ὅτι δύναται τρέφειν ἄνδρας ἀμείνους τῶν ἄλλων, καὶ τὴν καλουμένην μὲν ἀρχήν, οὖσαν δὲ συμφοράν, ὅτι πέφυκε χείρους ἅπαντας ποιεῖν τοὺς χρωμένους αὐτῇ. μέγιστον δὲ τεκμήριον. οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν λακεδαιμονίων πόλιν διέφθαρεν οὕτως, ὥστε τοῖς εἰθισμένοις ἐπαινεῖν τὰς ἐκείνων ἀρετάς, οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν εἰπεῖν τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς ἡμεῖς μὲν διὰ τὴν δημοκρατίαν, κακῶς ἐχρησάμεθα τοῖς πράγμασιν. οἱ δὲ λακεδαιμόνιοι ταύτην τὴν δύναμιν εἰ παρέλαβον, εὐδαίμονας ἂν καὶ τοὺς ἄλλους καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐποίησαν. πολὺ γὰρ θᾶττον ἐν ἐκείνοις ἐπεδείξατο τὴν φύσιν τὴν αὑτῆς. τὴν γὰρ πολιτείαν, ἣν ἐν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν, οὐδεὶς οἶδεν οὔθ' ὑπὸ κινδύνων, οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν κινηθεῖσαν, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευθῆναι, καὶ λυθῆναι παραμικρὸν ἐποίησεν. ἀντὶ γὰρ τῶν καθεστώτων παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδευμάτων, τοὺς μὲν ἰδιώτας ἐνέπλησεν ἀδικίας, ῥᾳθυμίας, ἀνομίας, φιλαργυρίας, τὸ δὲ κοινὸν τῆς πόλεως, ὑπεροψίας μὲν τῶν συμμάχων, ἐπιθυμίας δὲ, τῶν ἀλλοτρίων. ὀλιγωρίας δὲ, τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν. τοσοῦτον γὰρ ὑπερεβάλοντο τοὺς ἡμετέρους, τοῖς εἰς τοὺς ἕλληνας ἁμαρτήμασιν, ὅσον πρὸς τοῖς πρότερον ὑπάρχουσι, σφαγὰς καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ἐποίησαν. ἐξ ὧν ἀειμνήστους τὰς ἔχθρας πρὸς ἀλλήλους ἕξουσιν. οὕτω δὲ φιλοπολέμως καὶ φιλοκινδύνως διετέθησαν, τὸν ἄλλον χρόνον πρὸς τὰ τοιαῦτα πεφυλαγμένως μᾶλλον τῶν ἄλλων ἔχοντες, ὥστε οὐδὲ τῶν συμμάχων.

neq; ab his, quibus maximis erant beneficiis deuincti manus abstinuerint. Quin etiã ubi iã imperiũ nacti essent, Persarum regi pepercerũt, q sibi in belli cõtra nos suscepti sumptus plus q̃ quinquies mille talẽta suppeditarat: neq; Chiis, q ex sociis omĩbus naualis prælii pericula prõptissimi subierũt: neq; Thebanis, tametsi hi pedestribus copiis præcipuũ robur addiderunt. Ac Thebanos quidẽ statim sunt adorti, uerũ in regẽ, Clearchum, ac Strathiã immiserũt. Chiorũ uero primarios è sedibus suis fugarunt, eorũq; triremes è portu extractas secũ abduxerunt. Neq; uero tot ac tanta in amicos cõmittere eis fuerat satis, sed eisdẽ fermè tẽporibus & Epirũ uastabãt, insulasq; circũiacẽtes iniuriis uexabãt. Sed & euersis Italiæ Siciliæq; rebus pub. tyrãnos præficiebãt. Nec huius mali flãma à Pelononeso abstinuit: quin eã insulã seditionũ ac bellorũ procellis cõcussit. In summa quã ciuitatẽ bello nõ tẽtarũt, aut qbus uim nõ attulerunt? An nõ Eleis ditionis partẽ detraxerũt? Nõ Corinthiorũ fines distraxerũt? Nõ Mantinẽses è suis sedibus fugatos dispserserunt? Nõ expugnarũt & Phliasios? Postremo nõ & inuaserunt Argiuos? Certe nõ ante quieuerũt, q̃ alios quidẽ omneis afflixissent, sibiipsis uero cladẽ illã apud Leuctra cõparassent. quã cædẽ qui eis malorũ omniũ causã faciũt, uehementer sanè errãt. Neq; eñi per eã cladẽ in sociorũ odiũ puenere, sed iniuriarũ nomine, quas ante exercuerunt, & tum infeliciter pugnarunt, & postea suã ipsorũ patriã in periculũ cõiecerũt. Porrò causas tribuere oportet nõ malis, quæ in fine obueniũt, sed ipsis primis peccatis, per quæ in eiusmodi infelices exitus tandem quasi per gradus deuenitur. Quare si quis calamitatum omnium fontẽ eis tum inuentũ diceret, cũ maris imperium captare cœpissent, hic omniũ fuerit uerissimus. Siquidẽ ex co tẽpore Lacedæmoniorũ potentia degenerare cœpit. Nam propterea quod in eorum repub. cui unus summus erat princeps, omnia recto fiebant ordine, pariterq; ciues militari disciplina ad fortitudinẽ exercebãtur, imperio marino facile sunt potiti.

Verum

οὐδὲ τῶν εὐεργετῶν ἀπείχοντο τῶν σφετέρων αὐτῶν, ἀλλὰ βασιλέως μὲν αὐτοῖς εἰς τὸν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον πλέον ἢ πεντακόσια τάλαντα παρασχόντος, Χίων δὲ προθυμότατα πάντων τῶν συμμάχων συγκινδυνευσάντων τῷ ναυτικῷ, Θηβαίων δὲ μεγίστην εἰς τὸ πεζὸν συμβαλομένων δύναμιν, οὐκ ἔφθασαν τὴν ἀρχὴν κατασχόντες, καὶ Θηβαίοις μὲν εὐθὺς ἐπεβούλευσαν, ἐπὶ δὲ τὸν βασιλέα, Κλέαρχον καὶ στρατιὰν ἐξέπεμψαν. Χίων δὲ τοὺς πρώτους μὲν τῶν πολιτῶν ἐφυγάδευσαν, τὰς δὲ τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἑλκύσαντες ἁπάσας, ᾤχοντο λαβόντες. οὐκ ἤρκεσεν δ᾽ αὐτοῖς ταῦτα ἐξαμαρτεῖν, ἀλλὰ περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ἐπόρθουν μὲν τὴν ἤπειρον. ὕβριζον δὲ τὰς νήσους, ἀνῄρουν δὲ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ πολιτείας, καὶ τυράννους καθίστασαν. ἐλυμαίνοντο δὲ τὴν Πελοπόννησον, καὶ μεστὴν πολέμων καὶ στάσεων ἐποίησαν. ἐπὶ ποίαν γὰρ τῶν πόλεων οὐκ ἐστράτευσαν; ἢ περὶ τίνας αὐτῶν οὐκ ἐξήμαρτον; οὐκ Ἠλείων μὲν μέρος τι τῆς χώρας ἀφείλοντο, τὴν δὲ γῆν τὴν Κορινθίων ἔτεμον; Μαντινέας δὲ διῴκισαν; Φλιασίους δὲ ἐξεπολιόρκησαν; εἰς δὲ τὴν Ἀργείων ἐνέβαλον; οὐδὲν δὲ ἐπαύοντο τοὺς μὲν ἄλλους κακῶς ποιοῦντες, αὑτοῖς δὲ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Λεύκτροις παρασκευάζοντες, ἥν φασί τινες αἰτίαν γενέσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν, οὐκ ἀληθῆ λέγοντες. οὐ γὰρ διὰ ταύτην ὑπὸ τῶν συμμάχων ἐμισήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὰς ὕβρεις τὰς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ ταύτην ἡττήθησαν, καὶ περὶ τῆς αὑτῶν ἐκινδύνευσαν. χρὴ δὲ τὰς αἰτίας ἐπιφέρειν, οὐ τοῖς κακοῖς τοῖς ἐπὶ τῇ τελευτῇ γιγνομένοις, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις τῶν ἁμαρτημάτων, ἐξ ὧν ἐπὶ τὴν τελευτὴν ταύτην κατηνέχθησαν. ὥστε πολὺ ἄν τις ἀληθέστερα τυγχάνοι λέγων, εἰ φαίη τότε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς γεγενῆσθαι τῶν συμφορῶν, ὅτε τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης παρελάμβανον. ἐκ τῶν τότε δύναμιν οὐδὲν ὁμοίαν τῇ προτέρᾳ ὑπαρχούσῃ. διὰ μὲν γὰρ τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν εὐταξίαν, καὶ τὴν καρτερίαν τὴν ἐν αὐτῇ μελετωμένην, ῥᾳδίως τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς ἐπεκράτησαν.

Verum cum per imperij tempus licentia diffluerent, non magno negocio honore tum imperij, tũ principatus sui sunt exuti. Neq; enim leges, quas à maioribus acceperunt, amplius seruabant, neq; in pristinis permanebant moribus. Sed cũ quicquid liberet, hoc etiam licere sibi putarent, in maximam rerũ perturbationem se ipsi coniecerunt. Nec perspexerũt immodica illa potentia, quanq̃ eam ambiunt omnes, q̃ sit res lubrica, q̃ à mente alienet sui cupidos, quodq; natura similis est meretricibus, quæ spectatoribus amorem quidem sui instillant, sed eos irretitos misere perdunt. Sanè quod per omnia sint similia, eandemq; uim habeant, multis exemplis uobis est ostensum. Si quidem, qui potentia plus cæteris ualuerunt, eos uideas in maximas semper incidisse calamitates. Et ut à nobis ac Lacedæmonijs sumam initium, an non hæ ciuitates, quæ ante modestissime gubernabantur, & summam habebant gloriam, posteaquam potẽtiam illam immodicam & maris imperium nactæ sunt, ex æquo retrocedere cœperũt? Certe quemadmodum, qui eisdem cupiditatibus laborant, eisdem quoq; morbis sunt obnoxij: ita nostri & Lacedæmonij, quoniam eandẽ uiam sunt ingressi, & similiter errarunt, ac per hoc tandem in idem præcipitium deuenerunt. Et nos quidem cum sociorũ omnium in nos odiũ exasperassemus & libertas nostra in seruitutis periculum esset adducta, Lacedæmoniorũ auxilio seruati sumus. Illi uero cum in eorum excidium conspirassent omnes, ipsiq; ad nos confugissent, per nos salutem sibi inuenerunt. Et adhuc, si dijs placet, laudare oportebit imperiũ, quod adeo infelices habet exitus? Quin potius execramur, & modis omnibus fugimus, quod utraq; ciuitatẽ multa adeo grauiã q; perpulit tum facere, tũ pati? Iam uero q̃d antehac homines nõ aduerterint illã maris ditionẽ habẽtibus, tãtorũ eẽ malorũ fontẽ, quodq; eius imperij gratia & à nobis, & à Lacedæmonijs est pugnatũ, nõ admodũ mitũ uideri debet: quando bonã mortalium partem in rerum delectu hallucinari deprehendas tum plures

Cuiusmodi res sit immodica potẽtia.

Bona pars hominũ in rerũ delectu errat.

Διὰ δὲ τὴν ἀκολασίαν τὴν ὑπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γεγενημένην, ταχέως καὶ ταύτης τῆς ἡγεμονίας ἐστερήθησαν. οὐ γὰρ ἔτι τοὺς νόμους ἐφύλαττον, οὓς παρὰ τῶν προγόνων παρέλαβον, οὐδ' ἐν τοῖς ἤθεσιν ἀνέμενον, οἷς πρότερον εἶχον. ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες ἐξεῖναι ποιεῖν αὐτοῖς, ὅτι ἂν βούλωνται, εἰς πολλὴν ταραχὴν κατέστησαν. οὐ γὰρ ᾔδεσαν τὴν ἐξουσίαν ἣν πάντες εὔχονται τυχεῖν, ὡς δύσχρηστός ἐστιν, οὐδ' ὡς παραφρονεῖν ποιεῖ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτήν, οὐδ' ὅτι τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχει ταῖς ἑταίραις, ταῖς ἐρᾶν μὲν ἑαυτῶν ποιούσαις, τοὺς δὲ χρωμένους ἀπολλυούσαις. καί τοι φανερῶς ἐπιδέδεικται ταύτην ἔχουσα τὴν δύναμιν. τοὺς γὰρ ἐν πλείσταις ἐξουσίαις γεγενημένους, ἴδοι τις ἂν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεπτωκότας, ἀρξάμενος ἀφ' ἡμῶν, καὶ λακεδαιμονίων. αὗται γὰρ αἱ πόλεις καὶ πολιτευόμεναι πρότερον σωφρονέστατα, καὶ δόξαν ἔχουσαι καλλίστην, ἐπειδὴ ταύτης ἔτυχον, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔλαβον, οὐδὲν ἀλλήλων διήνεγκαν, ἀλλ' ὥσπερ προσήκει τοὺς ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῆς αὐτῆς νόσου διεφθαρμένους, καὶ ταῖς πράξεσι ταῖς αὐταῖς ἐπεχείρησαν, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι παραπλησίως ἐξήμαρτον, καὶ τὸ τελευταῖον, ὁμοίως ταῖς συμφοραῖς περιέπεσον. ἡμεῖς τε γὰρ μισηθέντες ὑπὸ τῶν συμμάχων, καὶ περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσαντες, ὑπὸ λακεδαιμονίων ἐσώθημεν. ἐκεῖνοί τε πάντων αὐτοὺς ἀπολέσαι βουληθέντων, ἐφ' ἡμᾶς καταφυγόντες, δι' ἡμῶν τῆς σωτηρίας ἔτυχον. καί τοι πῶς χρὴ τὴν τοιαύτην ἀρχὴν ἐπαινεῖν, τὴν τὰς τελευτὰς οὕτω πονηρὰς ἔχουσαν, πῶς δ' οὐ μισεῖν καὶ φεύγειν τὴν οὕτω δεινὰ καὶ πολλὰ ποιεῖν ἀμφοτέρας τὰς πόλεις ἐπάρασαν, καὶ παθεῖν ἀναγκάσασαν. οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν, εἰ τὸν ἄλλον χρόνον ἐλάνθανεν ἅπαντας τοσούτων οὖσα κακῶν αἰτία τοῖς ἔχουσιν αὐτήν. οὐδ' εἰ περιμάχητος ἦν ὑφ' ἡμῶν καὶ λακεδαιμονίων. εὑρήσετε γὰρ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνοντας

καὶ

rum plures quidem malorum, quàm bonorum cupidos. Ad hæc reperire licet qui pro inimicis melius, quàm pro sese con silium captent. Id quod tam in maximis, quàm minimis licet obseruare. Quid enim non ad eum modum est factum? Principio nosipsi, an non ea facere statuimus, per quæ Lacedæmonijs totius Græciæ obtigit imperium? Illi uero perperam adeo res suas sunt moderati, ut nos haud ita multo post denuo eorum salutem nobis asseruerimus: deinde Atticorum immodicum habendi studium ciuitates nostras in Lacedæmoniorũ ius transtulit: ut & Lacedæmoniorum iniuria ferox suas ciuitates Atticorum ditionem subire coëgit. Postremo magistratuum, qui populo in democratia præerant uitio factum est, ut populus ipse ὀλιγαρχίαν, in qua quadringenti rerum summæ præessent, maluerint. Porrò triginta tyrannorum in subditos libido effecit, ut uel tyrannici satellitij oppressoribus facti simus magis populares. Sed quod ad minora illa, & quotidianæ uitæ rationem attinet, multos sanè recensere quis posset, qui edulijs ac studijs eiusmodi gaudent, quæ tum corpori, tum animo detrimentum adferunt. At, quæ utrique & corpori & animo fuerant profutura, ea molesta, parumque salubria putant. Tum eos iudicant constantes, qui in his, tametsi malis, permanserint. Itaque si ex his in quibus semper uiuitur, quæque maiori sunt curæ, peiora plures sibi eligunt: quid mirum si de totius maris imperio, de quo nihil unquam penficu latius est cogitatum, hallucinantur, & inter sese bello certant? Iam in ciuitatibus, quæ unius imperio parent, uidetis, quàm sint multi principatum ambientes, quorum quisque ut uoti fiat compos, nihil non tum facere, tum pati paratus est. Attamen eam conditionem, quæso uos, quæ molestia, quæ calamitas non comitatur? An non statim ipse principatus ingressus infinitis te implicat malis, & in extremam necessitatẽ conijcit: ut cum ciuibus uniuersis bellum gerere cogaris, & intestino prosequaris odio eos, à quibus nihil mali unquam sis passus? Ad hæc

Olim nulli populo erant gratiores, q̃ qui tyrannorum stipatores interemerunt.

Principatus incommoda.

καὶ πλείους μὲν ἐπιθυμίας ἔχοντας τῶν κακῶν, ἢ τῶν ἀγαθῶν, ἄμεινον δὲ βουλομένους ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἢ σφῶν αὐτῶν. καὶ ταῦτ' ἴδοι τίς ἂν ἐπὶ τῶν μεγίστων. τί γὰρ οὐχ οὕτω γέγονεν, οὐχ ἡμεῖς μὲν ταῦτα προῃρήμεθα πράττειν, ἐξ ὧν λακεδαιμόνιοι τῶν ἑλλήνων δεσπόται κατέστησαν, ἐκεῖνοι δὲ οὕτω κακῶς προύστησαν τῶν πραγμάτων, ὥσθ' ἡμᾶς οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον, πάλιν ἐπιπολάσαι καὶ κυρίους γενέσθαι τῆς ἐκείνων σωτηρίας. οὐχ ἡ μὲν τῶν ἀττικιζόντων πολυπραγμοσύνη, λακωνίζειν τὰς πόλεις ἐποίησεν, ἡ δὲ τῶν λακωνιζόντων ὕβρις, ἀττικίζειν τὰς αὐτὰς ταύτας ἠνάγκασεν; οὐ διὰ μὲν τὴν τῶν δημηγορούντων πονηρίαν, αὐτὸς ὁ δῆμος ἐπεθύμησε τῆς ὀλιγαρχίας τῆς ἐπὶ τῶν τετρακοσίων καταστάσης, διὰ δὲ τὴν ἐπὶ τῶν τριάκοντα μανίαν, πάντες δημοτικώτεροι γεγόναμεν τῶν φυλὴν καταλαβόντων. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὰ ἐλαττόνων, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἐπιδείξαιμ' ἂν τοὺς πολλούς, χαίροντας μὲν καὶ τῶν ἐδεσμάτων, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν βλάπτουσιν. ἐπίπονα δὲ καὶ χαλεπὰ νομίζοντας, ἀφ' ὧν ἀμφότερα ταῦτ' ἂν ὠφελοῖντο, καὶ καρτερικοὺς εἶναι δοκοῦντας, τοὺς ἐν τούτοις ἐμμένοντας. εἴτινες οὖν ἐν οἷς ἀεὶ ζῶσι, καὶ περὶ ὧν αὐτοῖς μᾶλλον μέλει, τὰ χείρω φαίνονται προαιρούμενοι, τί θαυμαστὸν εἰ περὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς θαλάττης ἀγνοοῦσι καὶ μάχονται πρὸς ἀλλήλους, περὶ ἧς μηδεὶς πώποτε λογισμὸς αὐτοὺς εἰσῆλθεν; ὁρᾶτε δὲ καὶ τὰς μοναρχίας τὰς ἐν ταῖς πόλεσι καθισταμένας, ὅσους ἔχουσι τοὺς ἐπιθυμητάς, καὶ τοὺς ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν πάσχειν, ὥστε κατασχεῖν αὐτάς. ἅ τί τῶν δεινῶν, τί τῶν χαλεπῶν οὐ πρόσεστιν. οὐκ εὐθὺς ἐπειδὰν λάβωσι τὰς δυναστείας, ἐν τοσούτοις κακοῖς εἰσὶν ἐμπεπλεγμένοι, ὥστ' ἀναγκάζεσθαι πολεμεῖν μὲν ἅπασι τοῖς πολίταις, μισεῖν δὲ τούτους, ὑφ' ὧν οὐδὲν κακὸν πεπόνθασιν,

Ad hæc charissimis amicis & iucundissimis sodalibus diffisus, corporis tui salutẽ mercenarijs hominibus deponas, quos an/ tea ne uideris quidem unquam? Quod genus custodes, tibi non minori solicitudine sunt timendi, quã & insidiatores. De/ niq; suspectos adeo habeas omneis, ut in congressibus uel in/ timis & arctissimis necessitudinis uinculo coniunctis parũ fi/ dere audeas. Neq; id iniuria: quando illud constat, qui ante ty rannidem obtinuerunt, eorum alios à parentibus è medio sub latos, alios à liberis, alios à fratribus, alios ab uxoribus circũuẽ/ tos: porrò eorundem familias ex hominibus penitus extirpa/ tas. Attamen in tot calamitatum aleam miseri sua sponte se ipsi coniiciunt. Ergo si qui in repub. primas tenent, ac alijs sapiẽtiæ opinionem de se dederunt, ita sibi malorum sunt autores, suis q; calamitatibus applaudunt, quid attinet alios admirari, qui res eiusmodi ambiunt? Neq; uero me fugit orationem meam qua parte tyrannos attingit, uobis cum primis esse gratã, qua uero imperium, auribus uestris planè displicere. Nam pessimis omnino laboratis affectibus. Siquidem quæ in alijs obseruata, damnatis, eadem in uobisipsis ne animaduertitis quidem. At/ qui prudentis, & cordati hominis, haud scio an non maximũ est signum, si earundem rerum æstimationem in omnibus cõ/ similiter facere uideatur. Quæ cẽsendi regula à uobis semper modis omnibus negligitur. Etenim tyrannides quidem gra/ ues, & noxias putatis non alijs solum, sed & his, qui eas exer/ ceant. At maris ditionem summorum bonorum causam iacta tis, quæ tamen siue perturbationum multitudinem, siue mu/ neris administrandi difficultatem spectes, à monarchijs dif/ fert omnino. Et rem Thebanam, propterea quod uicinos su/ os iniuria afficiant, laborare censetis, ipsi uero cum socios ue. stros nihilo melius tractetis, quàm illi Bœotiam, uos nihil non ad rem pertinens facere persuasi estis. Quin ergo in primis, si me audire uultis, omissis uanis illis consultationibus, animos uestros ad ipsam rempub. atque adeo nosipsos conuertitis.

ἀπιστεῖν δὲ καὶ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἑταίροις τοῖς ἑαυτῶν. παρα-
κατατίθεσθαι δὲ, τὴν τῶν σωμάτων σωτηρίαν μισθοφόροις ἀνθρώ-
ποις, οὓς οὐδὲ πώποτε εἶδον; καὶ μηδὲν ἧττον φοβεῖσθαι τοὺς
φυλάττοντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας; οὕτω δ' ὑπόπτως πρὸς ἅ-
παντας ἔχειν, ὥστε μὴ δὲ τοῖς οἰκειοτάτοις θαῤῥεῖν πλησιάζον-
τας, εἰκότως. συνίσασι γὰρ τοὺς πρὸ αὐτῶν τετυραννικότας,
τοὺς μὲν ὑπὸ γονέων ἀνῃρημένους, τοὺς δὲ ὑπὸ παίδων, τοὺς
δ' ὑπ' ἀδελφῶν, τοὺς δ' ὑπὸ γυναικῶν. ἔτι δὲ τὸ γένος αὐτῶν
ἐξ ἀνθρώπων ἠφανισμένον. ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τοσαύτας τὸ πλῆ-
θος συμφορὰς ἑκόντες σφᾶς αὐτοὺς ὑποβάλλουσιν. ὅπου δ' οἱ
πρωτεύοντες, καὶ δόξας μεγίστας ἔχοντες τοσούτων κακῶν ἐρῶ-
σι. τί δεῖ τοὺς ἄλλους θαυμάζειν, εἰ τοιούτων ἔργων ἐπιθυμοῦ-
σιν. οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὅτι τὸν μὲν περὶ τῶν τυράννων λόγον, ἀπο-
δέχεσθε, τὸν δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, δυσκόλως ἀκούετε. πεπόνθατε γὰρ
ἅπαν αἴσχιστον. ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁρᾶτε, ταῦτ' ἐφ' ὑμῶν ἀγνοεῖτε
αὐτῶν. καί τοι τῶν φρονίμως διακειμένων, οὐκ ἔλαττον τοῦτο σημεῖον
ἐστὶν, ἢν τὰς αὐτὰς ταύτας πράξεις ἐπὶ πάντων ὁμοίως φαίνονται
γνωρίζοντες. ὧν ὑμῖν οὐδὲν πώποτ' ἐμέλησεν, ἀλλὰ τὰς μὲν τυραννί-
δας ἡγεῖσθε χαλεπὰς εἶναι καὶ βλαβερὰς, οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ
καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτὰς, τὴν δ' ἀρχὴν τὴν κατὰ θάλατταν, μεγίστων ἀγα-
θῶν αἰτίαν. τὴν οὐδὲν, οὔτ' ἐν τοῖς πάθεσιν, οὔτ' ἐν ταῖς πράξεσι τῶν μο-
ναρχιῶν διαφέρουσαν. καὶ τὰ μὲν τῶν θηβαίων πράγματα, νομίζετε πονηρῶς
ἔχειν, ὅτι τοὺς περιοίκους ἀδικοῦσιν, αὐτοὶ δ' οὐδὲν βέλτιον τοὺς συμ-
μάχους διοικοῦντες, ἢ ἐκεῖνοι τὴν βοιωτίαν, ἡγεῖσθε πάντα πάντα τὰ
δέοντα πράττειν. ἢν οὖν ἐμοὶ πείθησθε παυσάμενοι τοῦ πάντα-
πασιν εἰκῆ βουλεύεσθαι, προσέξετε τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει.

Sicq; accuratius disquiritis, quid nam sit illud quod ciuitates hæ duæ, nostra dico, & Lacedæmoniorum ab exiguis profectæ initijs eò creuerint, ut imperium totius penè Græciæ aliquandiu tenuerint, ac rursum rerum cardine commutato, ex tanta potentia in libertatis amittendæ periculum reciderint: tum quid nam sit causæ quod Thessali quidem, qui summas opes cum summa potentia coniunctas habebant, nunc duriter uitam agunt: Megarēses autem, cum iam inde ab initio familiares copiæ eis fuerint, exiguum neq; habeant fertile solū, neq; portus, neq; argenti fodinas, sed saxa colant, domos tamē magnificentissime possideant. Et illorum quidem arces tametsi eis suppetunt plus quàm ter mille equites & sagittarij innumerabiles, alij tenent, hi uere quantumuis exiguis copijs instructi, totam suam regionem ex animi sententia uel nullo obstrepente, gubernant. Ad hæc illi semper intestinis bellis sese conficiunt, hi uero quamuis inter Peloponesiorum, Thebanorum, ac nostræ ciuitatis perpetua bella sedem habeant, nihilominus in summa tranquillitate, & pace uitam transigunt.

Hic attendat cordatus lector.

Nam si hæc atque eiusmodi alia apud animum uestrum diligenter expenderitis, dubio procul malorum omnium causam inuenietis iniuriam, licentiam, & immodicum habendi studium: at cōtinentiam, & moderationem bonorum omniū fontem. Quam uirtutem in priuatis quidē laudatis, quiq; eā exercent, eos inter ciues omnes tranquillissime uiuere, & cæteris meliores putatis. Et ut communes omnium custodes magistratus hac laude probentur nihil ad rem pertinere censebitis? Certe ut uirtutes magno studio sunt exercendæ, ita uitia fugienda cum omnibus, tum uero maxime magistratibus. Nā priuatus quispiam etiamsi peccat, tamen aliquoties usu uenit, ut ipsas errati pœnas morte anteuertat. Verum ciuitates, in quas redundat, si quid à magistratibus cōmissum fuerit, quia non perinde, ac homines emoriūtur, semper manent factis digna supplicia, eaq; non tantū ab hominibus, sed & ipsis dijs.

Nobilis sententia.

καὶ φιλοσοφήσετε, καὶ σκέψεσθε τί δή ποτε τὼ πόλεε ταύτα λέγω δὲ τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων, ἐκ ταπεινῶν μὲν πραγμάτων ἑκατέραν ὁρμηθεῖσαι, ἄρξαι τῶν Ἑλλήνων, ἐπεὶ δὲ ἀνυπέρβλητον τὴν δύναμιν ἔλαβον, περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεῦσαι. καὶ διὰ τί Θετταλοὶ μὲν μεγίστους πλούτους παραλαβόντες, καὶ δύναμιν μεγίστην, καὶ πλείστην ἔχοντες, εἰς ἀπορίαν καθεστήκασι. Μεγαρεῖς δὲ μικρῶν αὐτοῖς καὶ φαύλων τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχόντων, καὶ γῆν μὲν οὐκ ἔχοντες, οὐδὲ λιμένας, οὐδὲ ἀργυρεῖα, πέτρας δὲ γεωργοῦντες, μεγίστους τῶν Ἑλλήνων οἴκους κέκτηνται. κἀκείνων μὲν τὰς ἀκροπόλεις, ἄλλοι τινὲς ἀεὶ κατέχουσιν, ὄντων αὐτοῖς πλέων, ἢ τρισχιλίων ἱππέων, καὶ πελταστῶν ἀναριθμήτων. οὗτοι δὲ μικρὰν δύναμιν ἔχοντες, τὴν αὑτῶν ὅπως βούλωνται διοικοῦσι, καὶ πρὸς τούτοις οἱ μὲν σφίσιν αὐτοῖς ἀεὶ πολεμοῦσιν, οὗτοι δὲ μεταξὺ Πελοποννησίων, καὶ Θηβαίων, καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως οἰκοῦντες, τὴν εἰρήνην ἄγοντες διατελοῦσιν. ἢν δὲ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα διεξίητε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, εὑρήσετε, τὴν μὲν ἀκολασίαν καὶ τὴν ὕβριν τῶν κακῶν αἰτίαν γιγνομένην, τὴν δὲ σωφροσύνην, τῶν ἀγαθῶν, ἣν ὑμεῖς ἐπὶ μὲν τῶν ἰδίων ἐπαινεῖτε, καὶ νομίζετε τοὺς ταύτῃ χρωμένους ἀσφαλέστατα ζῆν, καὶ βελτίστους εἶναι τῶν πολιτῶν.

τὸ δὲ κοινὸν ὑμῶν, οὐκ οἴεσθε δεῖν τοιοῦτο παρασκευάζειν. καίτοι προσήκει τὰς ἀρετὰς ἀσκεῖν, καὶ τὰς κακίας φεύγειν, καὶ πολὺ μᾶλλον ταῖς πόλεσιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς, τύχοι ἂν φθάσας τελευτήσας, πρὶν δοῦναι δίκην τῶν ἡμαρτημένων. αἱ δὲ πόλεις διὰ τὴν ἀθανασίαν, ὑπομένουσι καὶ τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίας.

Quæ uobis prudenter sunt expendenda, ne in animũ admittatis eos, qui in præsens quidem gratiosis uerbis aures uestras demulcent, sed temporis futuri nullam habent rationem: nec animum inducatis eis credere qui multis quidem uerbis suum erga rempu. studium coram populo iactent, sed re ipsa totam ciuitatem labefactant, quemadmodum & prius: mox ubi publicani pro cōcione orandi autoritatem nacti essent, eò dementiæ ciuitatem redegerũt, ut cuiusmodi nobis supra recēsui designare sustinuerint. Quo loco omniũ maxime mirari succurrit, eis nos autoritatē populũ cōcionibus tenendi, cōmunibus suffragijs deferre, nō qui perinde sint affecti ac fuerunt, qui rēp. ex parua magnam fecerunt, sed qui non alia tum dicant, tum faciant, q̃ qui optimam à maioribus acceptam suo uitio prodiderunt, præsertim cum modo sciatis unicum esse, quo respu. promoueatur, si quod ad honores attinet, boni malis præferētur. Sed & compertum habeatis popularem libertatem sub illis ueteribus multis quidem annis neq; perturbatam, neq; in aliam formam cōmutatam: uerum eandem sub his recentioribus iam bis euersam: tum ciues, qui partim tyrānis, partim triginta illis præfectis rerum potientibus successerunt in urbem reductos nō sycophantarum horũ opera, sed prudentia eorũ, qui hoc hominũ genus semper oderunt, quicq; nomen sua uirtute celebre habuerint. Et quanq̃ tot à ueteribus nobis sint relicta monumenta, quæ quid quisq; reipu. uel profuerit, uel nocuerit, aperte declarant: tamen eiusmodi oratorum uersutiæ adeo nobis placent, ut tametsi oculis corām cernamus bellorũ, aliarumq; perturbationũ, quas illi excitarāt, causa, ciues quidē multos patrimonij sui facultatibus excidisse, illos uero è summa paupertate summas opes conscendisse, non tamen uel nostro nomine indignemur, uel illis suam felicitatē inuideamus. Imò & ipsam ciuitatem in crimen uocari sustineamus, quasi ea Græcos affliget, & tributis imperatis premat, illos uero, nempe oratores malos, patiamur fructus hos omnes capere.

Quod maxime rēpub. promoueat.

Tum

ἐνθυμουμένους, χρὴ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἐν τῷ παρόντι μὲν χαριζομένοις, τοῦ δὲ μέλλοντος χρόνου, μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιουμένοις. μὴ δὲ τοῖς φιλεῖν μὲν τὸν δῆμον φάσκουσιν, ὅλην δὲ τὴν πόλιν λυμαινομένοις, ὥς καὶ πρότερον, ἐπειδὴ παραλαβόντες οἱ τοιοῦτοι τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος δυναστείαν, εἰς τοσαύτην ἄνοιαν προήγαγον τὴν πόλιν, ὥστε παθεῖν αὐτὴν, οἷα ὀλίγῳ πρότερον ὑμῖν διηγησάμην. ὃ καὶ πάντων μάλιστ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι προχειρίζεσθε δημαγωγοὺς, οὐ τοὺς τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας τοῖς μεγάλην τὴν πόλιν ποιήσασιν, ἀλλὰ τοὺς ὅμοια καὶ λέγοντας καὶ πράττοντας τοῖς ἀπολέσασιν αὐτήν. καίτοι ταῦτ' εἰδότες, οὐ μόνον περὶ τοῦ ποιῆσαι τὴν πόλιν εὐδαίμονα τοὺς χρηστοὺς τῶν πονηρῶν διαφέροντας, ἀλλὰ καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐπὶ μὲν ἐκείνων, πολλοῖς ἔτεσιν, οὔτε κινηθεῖσαν, οὔτε μεταστᾶσαν. ἐπὶ δὲ τούτων, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν, καὶ τὰς φυγὰς τὰς ἐπὶ τῶν τυράννων, καὶ τὰς ἐπὶ τῶν τριάκοντα γεγενημένας, οὐ διὰ τοὺς συκοφάντας κατελθούσας, ἀλλὰ διὰ τοὺς μισοῦντας τοὺς τοιούτους, καὶ μεγίστην ἐπ' ἀρετῇ δόξαν ἔχοντας. ἀλλ' ὅμως τηλικούτων ἡμῖν ὑπομνημάτων καταλελειμμένων, ἐξ ὧν ἐφ' ἑκατέρων αὐτῶν ἡ πόλις ἔπραττεν, οὕτω χαίρομεν ταῖς τῶν ῥητόρων πονηρίαις, ὥσθ' ὁρῶντες διὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰς ταραχὰς ἃς αὐτοὶ πεποιήκασι, τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς ἐκ τῶν πατρῴων ἐκπεπτωκότας, τούτους δὲ ἐκ πενήτων πλουσίους γεγενημένους, οὐκ ἀγανακτοῦμεν, οὐδὲ φθονοῦμεν ταῖς εὐπραγίαις αὐτῶν, ἀλλ' ὑπομένομεν τὴν πόλιν διαβολὰς ἔχουσαν, ὡς λυμαίνεται καὶ δασμολογεῖ τοὺς Ἕλληνας, τούτους δὲ τὰς ἐπικαρπίας λαμβάνοντας.

καὶ τὸν

Tum populo quidē, cui imperiū uerbotenus tantū tribuūt, cōditionem esse priorē, q̃ his qui paucorū potētiæ, Græci ὀλιγαρχίας dicunt, seruiūt. Hos uero per nostrā stulticiā ex angustissima re familiari ad magnū fortunæ splendorē peruenisse. At qui Pericles, inquiunt, qui longe ante hoc tēpus populi suffragio orator in rep. cōstitutus erat, cū ciuitatem magis quidem nutantem, q̃ post acceptū maris imperiū, tolerabilius tamen adhuc institutam accepisset, nō ad suū ipsius quæstum studia conuertit, sed familiam suā ipsius minorem, q̃ à patre acceperat, reliqt. At in arcē præter ea, quæ sacris dicauit, intulit octies mille talenta. Hi autem, qui nunc præsunt, tantum ab illius factis absunt, ut dicere etiā non uereantur, se per reipub. curam priuatis commodis studere non posse. Cum interim per hāc scilicet rei familiaris negligentiam, eos tantum profecisse apparet, quantū alioqui à dijs ne optassent quidē unquam. Ad hæc & illud obijciunt plebem nostram haud quaq̃ lætam degere, imò sic tractari, ut ciuium nemo uiuat neq̃ commode, neque molliter. Quin ciuitatem plenam esse complorationibus, sic enim aiunt, alios quidem huc adigi, ut paupertatē, egestatēq̃ suam apud sese, & quod aiunt, in sinu deplorarēt: alios uero de imperatorum, ac ministeriorum multitudine queri. Tum exactiones, atq̃ æris alieni solicitudinem iactāt. Quæ omnia eiusmodi dolorem faciunt, ut qui magnas habent facultates, miserius penè uiuant, q̃ qui perpetua paupertate depressi in diuitiarum spem sese nunquam erexerunt. Demiror autem uos, si hoc perspicere non potestis, nullum hominum genus plebi pestilentius, quàm sint maligni rhetores, atq̃ in repub. oratores. Nam præter aliam calamitatem, quam secum adferunt, uos & his, quorū in singulos dies eget usus, spoliare student. Vidēt enim qui domestica facultate ius suū tueri sufficiūt, eos & pro reipub. commodis stare, & eorum qui optima tum dicunt, tum faciunt, partes sequi. At, qui partim in foro, partim populi concionibus uictū quæritant, eos inopia coactos à se pēdere, uidelicet

Rabulæ forē fes & id genus homines litium fabri.

καὶ τὸν μὲν δῆμον ὃν φασιν ὄντι δεῖν τῶν ἄλλων ἄρχειν, χεῖρω πράττοντα τῶν ταῖς ὀλιγαρχίαις δουλευόντων. οἷς δ' οὐδὲν ὑπῆρχεν ἀγαθὸν, τούτους διὰ τὴν ἄνοιαν τὴν ἡμετέραν, ἐκ ταπεινῶν εὐδαίμονας γεγενημένους. καί τοι Περικλῆς ὁ πρὸ τῶν τούτων δημαγωγὸς καταστὰς, παραλαβὼν τὴν πόλιν, χεῖρω μὲν φρονοῦσαν ἢ πρὶν κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν, ἔτι δὲ ἀνεκτῶς πολιτευομένην, οὐκ ἐπὶ τὸν ἴδιον χρηματισμὸν ὥρμησεν, ἀλλὰ τὸν μὲν οἶκον ἐλάττω τὸν ἑαυτοῦ κατέλιπεν, ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβεν, ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήνεγκεν ὀκτακισχίλια τάλαντα, χωρὶς τῶν ἱερῶν. οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἐκείνου διενηνόχασιν, ὥς τε λέγειν μὲν τολμῶσιν, ὡς διὰ τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, οὐ δύνανται τοῖς αὑτῶν ἰδίοις προσέχειν τὸν νοῦν. φαίνεται δὲ τὰ μὲν ἀμελούμενα, τοσαύτην εἰληφότα τὴν ἐπίδοσιν, ὅσην οὐδ' ἂν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς πρότερον ἠξίουν. τὸ δὲ πλῆθος ἡμῶν, οὗ κήδεσθαι φασὶν, οὕτω διακείμενον, ὥς τε μηδένα τῶν πολιτῶν ζῆν ἡδέως μὴ δὲ ῥᾳθύμως, ἀλλ' ὀδυρμῶν μεστὴν εἶναι τὴν πόλιν. οἱ μὲν γὰρ τὰς πενίας καὶ τὰς ἐνδείας ἀναγκάζονται διεξιέναι καὶ θρηνεῖν πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, οἱ δὲ τὸ πλῆθος τῶν προσταγμάτων, καὶ τῶν λειτουργιῶν καὶ τὰ περὶ τὰς εἰσφορὰς, καὶ τὰς ἀντιδόσεις. ἃ τοιαύτας ἐμποιεῖ λύπας, ὥς τε ἄλγιον ζῆν τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους, ἢ τοὺς συνεχῶς πενομένους. θαυμάζω δ' εἰ μὴ δύνασθε συνιδεῖν, ὅτι γένος οὐδὲν ἐστὶ κακονούστερον τῷ πλήθει, πονηρῶν ῥητόρων καὶ δημαγωγῶν. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ τῶν τὴν ἡμέραν ἑκάστην ἀναγκαίων οὗτοι μάλιστα βούλονται σπανίζειν ἡμᾶς. ὁρῶσι γὰρ τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερα αὐτῶν διοικεῖν, τῆς πόλεως ὄντας καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων. τοὺς δ' ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν ἐντεῦθεν λημμάτων, ὑφ' αὑτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν ἠναγκασμένους εἶναι.

uidelicet,qui magnam debeant gratiam delationibus,crimini-
bus,atq; id genus alijs sycophantarum strophis. Quibus om-
nibus locum dat illorum magistratus. Itaq; iucundissimũ eis
fuerit,in rei familiaris angustijs,in quibus ipsi ætatem agũt,&
ciues uniuersos conspicere. Cuius rei maximum est indicium,
quod non huc spectant, qua uia egentibus uictum submini-
strẽt,sed quibus technis eos,qui aliquid habere uidẽtur,cæte-
ris exæquent. Quæ ergo dabitur à tot malis requies? Equidẽ,
quæ mihi huc pertinere sunt uisa,magna ex parte recẽsui,non
quidẽ ordine accuratius seruato,sed ut quæq; pro tẽpore inci-
derunt. Verũtamen minori negocio dictorũ meminisse pote-
ritis si quæ urgere maxime uidebũt,denuo paucis perstringe-
re tẽtaro. Igitur ex his per quæ res nostræ collapsæ erigi,inq;
melius restitui queant,primũ fuerit,si publicis negocijs cõsilia-
rios adhibuerimus tales,quales in priuatis rebus nobis cõtin-
gere optaremus,nec posthac in errore ita simus pertinaces, ut
populares existimemus esse sycophantas istos, ὀλιγαρχικοὺς
aũt,hoc est qui cõmunẽ omniũ libertatẽ in suã & paucorũ alio-
rũ potentiã redigere studeãt,uiros bonos,& honestos,quãdo
cognitũ habetis neutros horũ,quod uulgo uel p adulationẽ,
Nobilis & ue- uel per inuidiam audiũt,natura esse posse. Quin potius cuiq;
riss. sententia. gestit animus eiusmodi rẽpu. instituere,in qua ipse maxime in
precio sit futurus. Proximũ uero,si animũ induxerimus nõ ali-
ter uti socijs,q; & amicis. Nec uerbotenus tãtum eis libertatẽ
permittamus,re ipsa uero facultatẽ eos pro sua libidine tractã-
di ducibus nostris concedamus. Nec dominorũ,sed sociorum
exẽplo imperiũ in eos geramus,præsertim cũ iam satis edocti
simus potentiam nostrã sociorũ ciuitatibus singulis quidẽ esse
superiorẽ,sed uniuersis longe inferiorẽ. Porrò tertiũ est,si post
pietatem,quæ diuis debetur,tanti putemus nihil,quã ut Græ-
cis bonam de nobis opinionem dare modis omnibus stude-
amus. Nam si his armis instructi erimus uoluntarij quiq; non
imperium modo,sed & seipsos in nostram manum dederint.

Quod

καὶ πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς ἰσαγγελίαις καὶ ταῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις ταῖς δι' αὐτῶν γιγνομέναις. ἐν οὖν ταῖς ἀπορίαις ἐν αἷς αὐτοὶ δυναστεύουσιν, ἐν ταύταις ἡδέως ἂν ἴδοιεν ἅπαντας ὄντας τοὺς πολίτας, τεκμήριον δὲ μέγιστον. οὐ γὰρ τοῦτο σκοποῦσιν ἐξ ὅτου τρόπου τοῖς δεομένοις τὸν βίον ἐκποριοῦσιν, ἀλλ' ὅπως καὶ τοὺς ἔχειν τι δοκοῦντας, τοῖς ἀπόροις ἐξισώσουσι.

τίς οὖν ἀπαλλαγὴ γένοιτ' ἂν τῶν παρόντων κακῶν; διείλεγμαι μὲν τὰ πλεῖστα περὶ αὐτῶν τούτων, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλ' ὡς ἕκαστον τῶν καιρῶν συνέπιπτε. μᾶλλον δ' ἂν ἡμῖν ἐγγένοιτο μνημονεύειν, εἰ συναγαγὼν τὰ μάλιστα κατεπείγοντα, πάλιν ἐπανελθεῖν αὐτὰ πειραθείην. ἔστι δ' ἐξ ὧν ἐπανορθωσαίμεν τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ βελτίω ποιήσαιμεν, πρῶτον μὲν ἢν συμβούλους ποιώμεθα τοιούτους περὶ τῶν κοινῶν, οἵους περ ἂν περὶ τῶν ἰδίων ἡμῖν εἶναι βουληθείημεν, καὶ παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν νομίζοντες εἶναι τοὺς συκοφάντας, ὀλιγαρχικοὺς δὲ, τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, γνόντες ὅτι φύσει μὲν, οὐδεὶς οὐδέτερον τούτων ἐστίν. ἐν ᾗ δ' ἂν ἕκαστοι τιμῶνται, ταύτην βούλονται καθεστάναι τὴν πολιτείαν. δεύτερον, ἢν ἐθελήσωμεν χρῆσθαι τοῖς συμμάχοις ὁμοίως, ὥσπερ τοῖς φίλοις, καὶ μὴ λόγῳ μὲν αὐτοὺς αὐτονόμους ἀφίωμεν, ἔργῳ δὲ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοὺς, ὅτι ἂν βούλωνται ποιεῖν ἐκδιδῶμεν. μηδὲ δεσποτικῶς, ἀλλὰ συμμαχικῶς αὐτῶν ἐπιστατῶμεν. ἐκεῖνο καταμαθόντες, ὅτι μιᾶς μὲν ἑκάστης τῶν πόλεων κρείττους ἐσμὲν, ἁπασῶν δὲ ἥττους. τρίτον δὲ, ἢν μηδὲν περὶ πλείονος ἡγῆσθε μετά γε τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, τοῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν. τοῖς γὰρ οὕτω διακειμένοις, ἑκόντες καὶ τὰς ἡγεμονίας, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐνδιδόασιν.

Quod si quæ dixi,opere executi fueritis,insuperq́; uosipsi cõparaueritis,bellicosos quidem in militari disciplina,& apparatu,mansuetos uero,ac pacificos nihil præter æquum faciendo futurum,ut nõ uestram modo ciuitatem reddatis feliciorem, sed & totius Græciæ statum promoueatis. Neq; enim ,ubi uideint ciuitatem nostram huc spectare,& iam instructã ,ut si qui iniuriam patiantur,eis subueniant,ulla ciuitas quicq̃ ferocius designare audebit. Imò cunctabundi ad res nouas incipiendas erunt,sicq́; in summa quiete degẽt. Attamen siue hoc siue illud fecerint,euẽtus in nostrũ cõmodum cedet. Etẽĩ si ciuitates,quæ inter alias sunt eminentiores,ab eiusmodi iniurijs dehinc abstinuerint,id beneficij nobis acceptũ feret. Sin alijs per uim iniuriã facere conabuntur,omnes profecto,quos uel ipsa iniuria,uel metus tangit,ad nos supplices cõfugient ,nihil non offerentes nõ modo imperium,sed & seipsos. Quibus rebus futurum est,ut nunq̃ desint,quorum ministerio maligna ri uolentes,propulsemus. Imò ad manũ semper auxiliares copiæ multæ suppetãt. Nam cui ciuitati,imò cui omnino homini nõ erit in uotis nostræ amicitiæ ,societatisq́; fieri participẽ? maxime cum uidebit nos ad utrũq; iuxta paratos in pace quidem iustissimos,ad bellum uero potentia summa instructos, tum nobis ut in animo,ita & manu esse alios defendere ,nos ipsos autem nullius auxilio indigere. Iam uero q̃ ingens in ciuitate rerum omnium expectandus esset profectus ,si exteri omnes magnifice adeo de repub. nostra sentirent? Tum autẽ quantas opes in ciuitatem uelut influere uisuri essemus,si nos per Græciam uniuersam in felici statu seruari constaret? Quis uero nõ uel summis laudibus efferret eos,qui tot ac tantorum bonorum extitissent autores? Quanq̃ autem singula ,quæ in animo meo cogito,oratione complecti non licet ,hoc tamen nunc docebo,uidelicet,cõmodissimũ esse,ut eis,q inter tot ini quos,& quasi insanos à rectæ rationis tramite nõ declinarũt, libertas & reipub. salus committatur,nec ut ante boni publici

corruptores

ἢν οὖν ἐμμείνητε τοῖς εἰρημένοις, καὶ πρὸς τούτοις ὑμᾶς αὐτοὺς παράσχητε, πολεμικοὺς μὲν ὄντας ταῖς μελέταις καὶ ταῖς παρασκευαῖς, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πράττειν, οὐ μόνον εὐδαίμονα ποιήσετε ταύτην τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. οὐδὲ γὰρ ἄλλη τῶν πόλεων, οὐδὲ μία τολμήσει περὶ αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν, ἀλλ᾽ ὀκνήσουσι, καὶ πολλὴν ἡσυχίαν ἕξουσιν, ὅταν ἴδωσιν ἐφεδρεύουσαν τὴν ἡμετέραν πόλιν, καὶ παρεσκευασμένην τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὁπότερον ἂν ποιῶσιν, τό γ᾽ ἡμέτερον, καλῶς ἕξει καὶ συμφερόντως. ἢν γὰρ δόξῃ τῶν πόλεων ταῖς προεχούσαις, ἀπέχεσθαι τούτων τῶν ἀδικημάτων, ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἕξομεν. ἤν τε ἐπιχειρῶσιν ἀδικεῖν, ἐφ᾽ ἡμᾶς ἅπαντες οἱ δεδιότες, καὶ κακῶς πάσχοντες καταφεύξονται, πολλὰς ἱκετηρίας καὶ δεήσεις ποιούμενοι, καὶ διδόντες, οὐ μόνον τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτούς, ὥστε οὐκ ἀπορήσομεν μεθ᾽ ὧν κωλύσομεν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ἀλλὰ πολλοὺς ἕξομεν τοὺς ἑτοίμως συναγωνιουμένους ἡμῖν. ποία γὰρ ἢ πόλις, ἢ τίς ἀνθρώπων οὐκ ἐπιθυμήσει μετασχεῖν τῆς φιλίας, καὶ τῆς συμμαχίας τῆς ἡμετέρας, ὅταν ὁρῶσι τοὺς αὐτοὺς ἀμφότερα, καὶ δικαιοτάτους ὄντας, καὶ μεγίστην δύναμιν κεκτημένους, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σῴζειν βουλομένους, καὶ δυναμένους, αὐτοὺς δὲ μηδὲ μιᾶς βοηθείας δεομένους; πόσην δὲ χρὴ προσδοκᾶν ἐπίδοσιν τὰ τῆς πόλεως λήψεσθαι, τοιαύτης εὐνοίας παρὰ τῶν ἄλλων ὑπαρξάσης; πόσον δὲ πλοῦτον εἰσρυήσεσθαι εἰς τὴν πόλιν, δι᾽ ἡμῶν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος σωζομένης; τίνας δ᾽ οὐκ ἐπαινέσεσθαι τοὺς τοσούτων, καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν αἰτίους γεγενημένους; ἀλλὰ γὰρ οὐ δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν ἅπαντα τῷ λόγῳ περιλαβεῖν, ἃ τυγχάνω τῇ διανοίᾳ καθορῶν. πλὴν ὅτι καλόν ἐστι, ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ἀδικίαις καὶ μανίαις πρώτους εὖ φρονήσαντας, προστῆναι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας, ἀλλὰ μὴ

corruptores per conuitium dicantur: deinde si qui uirtutum splendore fuerint conspicui, hi in pristini honoris gradum restituantur. Porrò caput omnium, in quod hactenus à me dicta contendunt, quodq́ reipub. negocijs existimandis respicere oportet, illud dicere uere possem, nēpe quod oportet, si uo lueritis calumnias, quibus hoc tempore male audimus, dissoluere, si à bellis frustra iam sæpe susceptis requiescere, si principatum in omne tempus firmum ac stabilē nancisci, odisse certe quicquid est tyrannicæ ditionis, atq; item insolenteis potentatus omneis. Semper enim in memoria hærere debent calamitates, quæ ex eo fonte in rempu. manare solent. Sed ut hæc uitanda sunt, ita rursum admiratione æmulationeq́ dignum planè Lacedæmoniorum regnum. Horum enim regibus peccandi licētia est minor, quàm quibusuis priuatis. At reges ipsi cæteris qui tyrannidem in subditos exercēt, eo sunt feliciores, quod qui hos occiderunt, à communis reipu. ciuibus amplissima munera accipiunt. Pro illis uero, qui non in pugnæ discrimine mortem audent oppetere, abiectiores habentur his qui ordinem deserunt, & abiectis armis aufugiunt. Quare nō immerito eiusmodi principatus multorum uotis est obnoxius. Ac nobis quidem, ut nunc se res habent, eum honorem, quem illi à suis ciuibus habent à Græcis perfacile fuerit impetrare, si persuasi erunt potentiam nostram sibi non seruitutis, sed salutis causam fore. Porrò cum multæ sanè, & uariæ orationes ex hoc argumento duci possint, mihi tamen finem dicendi facere duo suadent, primum huius orationis prolixitas: deinde annorum meorum multitudo. Iuniores autem ac dum magis q̃ ego ætate uigentes partim cohortor, partim iubeo in hoc genere plura tum dicere, tum scribere. Si quidem hac uia maximas ciuitates, & quæ alios sub iugum mittere cōsueuerunt, ad uirtutē, pariter ad iustitiā perducēt, usq; adeo, ut Græcia rebus omnibus florente, & rei literariæ status in melius prouehatur.

Principatus Lacedæmoniorum.

D I X I.

λιμένας αὐτῶν κληθῆναι, καὶ προειλέσθαι ἐν ἀρετῇ γενομένους, τὸ δό-
ξαν τῶν προσόντων ἀναλαβεῖν. κεφάλαιον δὲ πάντων, ἐκεῖνο ἔχω λέγειν,
εἰς ὃ πάντα τὰ προειρημένα συντείνει, καὶ πρὸς ὃ χρὴ βλέποντας τὰς πρά-
ξεις τὰς τῆς πόλεως δοκιμάζειν. δεῖ γὰρ ἡμᾶς εἴπερ βουλόμεθα διαλύσασθαι
μὲν τὰς διαβολάς, ἃς ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι, παύσασθαι δὲ τῶν πολέμων
τῶν μάτην γιγνομένων, κτήσασθαι δὲ τὴν ἡγεμονίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρό-
νον, μισῆσαι μὲν ἁπάσας τὰς τυραννικὰς ἀρχὰς καὶ τὰς δυναστείας, ἀ-
ναλογισαμένους τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γενησομένας, ζηλῶσαι δὲ καὶ
μιμήσασθαι τὴν Λακεδαιμονίων βασιλείαν. ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν μὲν, ἧττον
ἔξεστιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. τοσούτῳ δὲ μακαριστότεροι τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν
βίᾳ τὰς τυραννίδας κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναν-
τες, τὰς μεγίστας δωρεὰς παρὰ τῶν συμπολιτευομένων λαμβάνουσιν.
ὑπὲρ ἐκείνων δὲ οἱ μὴ τολμῶντες ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν, ἀτιμό-
τεροι γίγνονται τῶν τὰς τάξεις λειπόντων, καὶ ἀσπίδας ἀποβαλλόντων.
ἄξιον οὖν ὀρέγεσθαι τῆς τοιαύτης ἡγεμονίας. ἔνεστι δ' ἐν τοῖς πράγ-
μασιν ἡμᾶς τυχεῖν παρὰ τῶν Ἑλλήνων τῆς τοιαύτης τιμῆς, ἥνπερ ἐκεῖνοι
παρὰ τῶν πολιτῶν ἔχουσιν. ἢν ὑπολάβωσι τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν, μὴ
δουλείας, ἀλλὰ σωτηρίας αὐτοῖς αἰτίαν γενέσθαι. Πολλῶν δὲ καὶ παντοδα-
πῶν λόγων ἐνόντων περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἀμφότερα
συμβουλεύει παύσασθαι λέγοντι, καὶ τὸ μῆκος τοῦ λόγου, καὶ τὸ πλῆθος τῶν
ἐμῶν ἐτῶν. τοῖς δὲ νεωτέροις καὶ μᾶλλον ἀκμάζουσιν ἢ ἐγὼ, παραινῶ καὶ πα-
ρακελεύομαι τοιαῦτα λέγειν καὶ γράφειν, ἐξ ὧν τὰς μεγίστας τῶν πόλε-
ων, καὶ τὰς εἰθισμένας ταῖς ἄλλαις κακὰ παρέχειν, προτρέψουσιν ἐπὶ
ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, ὡς ἐν ταῖς τῆς Ἑλλάδος εὐπραγίαις, συμβαίνει
καὶ τὰ τῶν φιλοσόφων πράγματα, πολλῷ βελτίω γίγνεσθαι.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ.

LVCIANI TYRANNICIDA, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS.

Quidam in arcem ascendit, uti Tyrannum occideret: atque ipsum quidem non repperit, uerum filium eius interemit, gladiumque in uulnere reliquit. Adueniens Tyrannus, ubi filium extinctum conspexit, eodem ense necem sibi consciscit. Is qui ascenderat, Tyrannique filium peremerat, præmium tanquam Tyrannicida petit.

DECLAMATIO.

CVM DVOS eodem die Tyrannos occiderim iudices: alterum quidem ætate iã affecta: alterum æuo florentem, & ad scelerum successionem capessendam paratum: unicũ tamen pro ambobus præmium petitum uenio: qui quidem unus omnium quotquot unquam Tyrannicidæ fuerũt, unico uulnere duos maleficos fuerim amolitus, necique dederim: filium uidelicet ense, patrem indulgenti charitate qua filiũ adamabat. Itaque Tyrannus pro his quæ commisit, abunde magnas pœnas nobis dependit: quippe qui & uiuus aspexerit, filiũ prius morte sublatum: & quod est omnium maxime nouum, compulsus sit denique ipse sui tyrãnicida fieri. At illius filius mea quidem manu peremptus est: cæterum occisus, alteram ad cædem

operam

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ.

Ἡ ὑπόθεσις τῆς μελέτης.

Ἀνῆλθέ τις εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ὡς ἀποκτενῶν τὸν τύραννον, καὶ αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποκτείνας, κατέλιπε τὸ ξίφος ἐν τῷ σώματι. ἐλθὼν ὁ τύραννος, καὶ τὸν υἱὸν ἰδὼν ἤδη νεκρὸν, τῷ αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. αἰτεῖ ὁ ἀνελθὼν καὶ τὸν τοῦ τυράννου υἱὸν ἀνελὼν γέρας, ὡς τυραννοκτόνος.

Δύο τυράννους ἀποκτείνας, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μιᾶς ἡμέρας, τὸν μὲν ἤδη παρηβηκότα, τὸν δὲ ἀκμάζοντα, καὶ πρὸς διαδοχὴν τῶν ἀδικημάτων ἑτοιμότερον, ἥκω μίαν ὅμως ἐπ᾽ ἀμφοτέροις αἰτήσων δωρεὰν, μόνος τῶν πώποτε τυραννοκτόνων πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσκευασάμενος καὶ φονεύσας, τὸν μὲν παῖδα τῷ ξίφει, τὸν πατέρα δὲ τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ. ὁ μὲν οὖν τύραννος ἀνθ᾽ ὧν ἐποίησεν, ἱκανὴν ἡμῖν δέδωκε τιμωρίαν. ζῶν μὲν τὸν υἱὸν ἐπιδὼν προανῃρημένον παρὰ τὴν τελευτὴν, τελευταῖον δὲ ἠναγκασμένος τὸ παραδοξότατον αὐτὸς αὐτοῦ γενέσθαι τυραννοκτόνος. ὁ παῖς δὲ ὁ ἐκείνου τέθνηκε μὲν ὑπ᾽ ἐμοῦ, ὑπηρέτησε

operam mihi suam cõmodauit: dum qui uiuo patri scelerum socius fuerat, eiusdem post mortem, quatenus licuit, extitit parricida. Ego itaq; sum is, qui tyrannidem sustuli, pariterque mecum gladius, quo cuncta confecta sunt, meus: tametsi cædis ordinem commutarim, ac morem modumq; nouarim cõficiendi sceleratos: nempe hunc qui ualentior erat, ac sese defendere poterat, ipse perimens: porrò senem soli gladio relinquens. His igitur de causis & amplius quiddam à uobis me cõsequuturum arbitrabar: præmiaq; laturũ, quæ numero æquarent eos, qui essent interempti, utpote qui non præsentibus modo malis uos leuarim, uerumetiam futurorum formidine: quiq; stabilem pepererim libertatem: nullo relicto qui scelerũ capessat successionem. Verum interim tantis rebus strenue peractis, in discrimen adducor, ne præmio fraudatus à uobis discedam, ac ne solus non feram mercedem, quàm leges à me seruatæ præstituunt. At qui contra dicit, is mihi uidetur non reipub. studio, quemadmodum ait, hoc facere, sed quod extinctos esse illos grauiter ferat: atq; eum qui illis mortis autor extitit, ulcisci conetur. Vos igitur iudices mihi paulisper attendite: dum tyrannidis mala tametsi ipsi optime nostis, commemoro. Siquidem hoc pacto futurũ est, ut & beneficij mei magnitudinem intelligatis, & ipsi plus capiatis uoluptatis: reputãtes nimirum quibus sitis leuati malis. Neq; enim quemadmodum alijs quibusdã sæpenumero accidit, itidem & nos simplicem tyrannidem atq; unicã seruitutẽ sustinebamus: nec unius domini uiolentiam tolerabamus, uerum soli omnium quos similis habuit calamitas, duos ꝓ uno tyrãnos habebamus, & in geminas cõtumelias distrahebamur infelices. Porrò senex multo erat moderatior: qppe ad iras lentior, ad supplicia segnior; & ad cupiditates tardior: utpote cui iã ætas uehemẽtiã impet⁹ cohiberet, uoluptatũq; cupiditates refrenaret. Quin ad suscipienda maleficia filij instinctu nolẽs impelli ferebat̃: ipse alioqui non

ἐμοί, ὁ ἀποθανὼν πρὸ ἄλλων φόνων, ζῶν δὲ μὴ συναδικῆσαι τῷ πατρί, μετὰ θάνατον δὲ παρακοντίσας ὡς ἐδύνατο. τὴν μὲν οὖν τυραννίδα ὁ παύσας εἰμὶ ἐγώ, καὶ τὸ ξίφος ὁ πάντα εἴργασται ἐμόν. τὴν δὲ τάξιν ἐνήλλαξα τῶν φόνων, καὶ τὸν τρόπον ἐκαινοτόμησα τῆς τῶν πονηρῶν τελευτῆς. τὸν μὲν ἰσχυρότερον καὶ ἀμύνασθαι δυνάμενον αὐτὸς ἀνελών, τὸν γέροντα δὲ μόνῳ παραχωρήσας τῷ ξίφει. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ περιττότερόν τι ἐπὶ τούτοις ᾤμην γενήσεσθαί μοι παρ' ὑμῶν, καὶ δωρεὰς λήψεσθαι ἰσαρίθμους τοῖς ἀνῃρημένοις, ὡς ἂν μὴ τῶν παρόντων ἀπαλλάξας ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον παρασχών, οὐδενὸς παραλελειμμένου κληρονόμου τῶν ἀδικημάτων. μεταξὺ δὲ κινδυνεύω τοσαῦτα κατορθώσας, ἀγέραστος ἀπελθεῖν παρ' ὑμῶν, καὶ μόνος στέρεσθαι τῆς παρὰ τῶν νόμων ἀμοιβῆς, οὓς διεφύλαξα. ὁ μὲν οὖν ἀντιλέγων οὑτοσὶ δοκεῖ μοι οὐ κηδόμενος ὥς φησι τῶν κοινῶν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι λελυπημένος, καὶ ἀμυνόμενος τὸν ἐκείνοις τοῦ θανάτου αἴτιον γεγενημένον. ὑμεῖς δὲ ἀνάσχεσθέ μου ὦ ἄνδρες δικασταὶ πρὸς ὀλίγον τὰ ἐν τῇ τυραννίδι, καίπερ εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς διηγουμένου. καὶ γὰρ τὸ μέγεθος οὕτω μάθοιτ' ἂν, τῆς εὐεργεσίας τῆς ἐμῆς, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον εὐφρανεῖσθε, λογιζόμενοι ὧν ἀπηλλάγητε. οὐ γὰρ ὥσπερ ἄλλοις τισὶν ἤδη συνέβη πολλάκις ἁπλῆν καὶ ἡμεῖς τυραννίδα καὶ μίαν δουλείαν ὑπεμείναμεν, οὐδὲ ἑνὸς ὑπηνέγκαμεν ἐπιθυμίαν δεσπότου, ἀλλὰ μόνοι τῶν πώποτε τὰ ὅμοια δυστυχησάντων, δύο ἀνθ' ἑνὸς τυράννους εἴχομεν, καὶ πρὸς διττὰ οἱ δυστυχεῖς ἀδικήματα διῃρούμεθα. μετριώτερος δὲ ὁ πρεσβύτης ἦν παραπολύ, καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ἠπιώτερος, καὶ πρὸς τὰς κολάσεις ἀμβλύτερος, καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας βραδύτερος, ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡλικίας τὸ μὲν σφοδρότερον τῆς ὁρμῆς ἐπεχούσης, τὰς δὲ τῶν ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγούσης, καὶ πρός γε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀδικημάτων ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἄκων προήχθαι ἐλέγετο

nō admodū tyrānicus, nisi qđ illi morē gerebat. Siquidē indul- gēs in filiū supra q̃ credi queat, erat: id qđ re declarauit, ita ut filius illi esset oīa. Illi parebat: p uim faciebat quicqd ille iusserat: supplicio afficiebat quoscunq̧ præcęperat, ac prorsus in oībus illi obsecūdabat. In summa: filius in patrē tyrannū quendā agebat: pater filij cupiditatū satelles erat. Tametsi huic ꝓpter ætatem honorem cedebat adolescens, soloq̧ imperij nomine temperabat: tamen res & caput Tyrannidis erat ipse. Et quanquā tutamentum, præsidiūq̧ principatui ab illo mutuaret̄, scelerū tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat qui satellites cōtinebat: qui custodias obtinebat: qui tyrannidem affectantes è medio tollebat: q insidias formidabat: ille qui castrabat ephebos, qui coniugia uiolabat: illi uirgines producebantur. Tum si quæ cædes, si quā exilia, si quæ pecuniarum expilationes, delationes, contumeliæ, ea omnia iuuenis temeritate gerebantur. Porrò senex illi obsequebatur, comitemque scelerum sese præbebat, ac comprobabat duntaxat filij sui flagitia. Itaque cum ea res nobis erat intoleranda: propterea quod quum animi cupiditatibus ex imperio potestas accedit, nullum flagitijs modum imponunt: tum illud in primis discruciabat, quod prospiceremus diuturnam, uel æternam potius seruitutem eam futuram: & per successionem alij post alium domino tradendam rempub. populumq̧ homini scelesto hæreditatis instar obuenturum. Nam id alijs spem non exiguam facit, quod apud sese reputant, quod inter se dicunt: at mox coërcebitur: at mox demorietur: paulo post liberi sumus futuri. Verum de his nihil eiusmodi sperabatur: quin potius iam intuebamur, paratum Tyrannidis hæredem. Vnde factum est, ut ne aggredi quidem quisquam fortium ciuium, & qui eadem quæ ego animo statuisset, auderet. Sed desperabatur ab uniuersis libertas, atque inexpugnabilis tyrannis uidebatur: quippe quum esset cum tam multis confligendum ac dimicandū. At me nihil ista deterruerūt: neq̧ perpensa negocij difficultate refugi,

neq̧ ad

οὐ πάνυ τυραννικὸς αὐτὸς ὤν, ἀλλ᾽ εἴκων ἐκείνῳ. φιλότεκνος δὲ ἐς ὑπερβολὴν ἐγεγόνει, ὡς ἔδειξε. καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο, καὶ ἠδίκει ὅσα κελεύοι, καὶ ἐκόλαζεν οὓς προστάττοι, καὶ πάντα ὑπηρέτει, καὶ ὅλως ἐτυραννεῖτο ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ δορυφόρος τῆς τοῦ παιδὸς ἐπιθυμίας ἦν. ὁ νεανίας δὲ τὸ μὲν τῆς τιμῆς παρεχώρει καθ᾽ ἡλικίαν ἐκείνῳ, καὶ μόνου ἐξίστατο τοῦ τῆς ἀρχῆς ὀνόματος. τὸ δ᾽ ἔργον τῆς τυραννίδος καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ἦν. καὶ τὸ μὲν πιστὸν καὶ ἀσφαλὲς ἀπ᾽ αὐτοῦ παρεῖχε τῇ δυναστείᾳ, τὴν δὲ ἀπόλαυσιν μόνος ἐκαρποῦτο τῶν ἀδικημάτων. ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς δορυφόρους συνέχων, ὁ τὴν φρουρὰν κρατύνων, ὁ τοὺς τυραννουμένους ἐκφοβῶν, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν, ἐκεῖνος ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις, ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. καὶ εἴ τινες σφαγαί, καὶ εἴ τινες φυγαὶ καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις, καὶ βάσανοι καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα τολμήματα ἦν νεανικά. ὁ γέρων δ᾽ ἐκείνῳ ἠκολούθει καὶ συνηδίκει, καὶ ἐπῄνει μόνον τὰ τοῦ παιδὸς ἀδικήματα. καὶ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἀφόρητον καθειστήκει. ὅταν γὰρ αἱ τῆς γνώμης ἐπιθυμίαι, τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν προσλάβωσιν, οὐδένα ὅρον ποιοῦνται τῶν ἀδικημάτων. μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἐλύπει, τὸ εἰδέναι μακράν, μᾶλλον δὲ ἀΐδιον τὴν δουλείαν ἐσομένην, καὶ ἐκ διαδοχῆς παραδοθησομένην τὴν πόλιν ἄλλοτε ἄλλῳ δεσπότῃ καὶ πονηρῷ, κληρονόμημα γενησόμενον τὸν δῆμον, ὡς τοῖς γε ἄλλοις οὐ μικρὰ ἐλπὶς αὕτη, λογίζεσθαι καὶ πρὸς αὑτοὺς λέγειν, ἀλλ᾽ ἤδη παύσεται, ἀλλ᾽ ἤδη τεθνήξεται καὶ μετ᾽ ὀλίγον ἐλεύθεροι γενησόμεθα. ἐπὶ δὲ ἐκείνου δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο, ἀλλ᾽ ἑωρῶμεν ἤδη ἕτοιμον τὸν τῆς ἀρχῆς διάδοχον. τοιγαροῦν οὐδὲ ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γεννικῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐμοὶ προαιρουμένων, ἀλλ᾽ ἀπέγνωστο παντάπασιν ἡ ἐλευθερία, καὶ ἄμαχος ἡ τυραννὶς ἐδόκει, πρὸς τοσούτους ἐσομένης τῆς ἐπιχειρήσεως. ἀλλ᾽ οὐκ ἐμέ γε ταῦτ᾽ ἐφόβησεν, οὐδὲ τὸ δυσχερὲς τῆς πράξεως λογισάμενος ἀπώκνησα,

neq; ad suscipiendum discrimen trepidaui, uerum solus: solus inquam, aduersus adeo ualidam, uariamq; Tyrannidem, uel non solus potius, sed gladio comite conscendi: quippe qui mi hi sit auxiliatus, mecumq; ex parte Tyrannum interemerit, quum mors mihi interim ob oculos obuersabatur: at è diuer/so perpendenti, quod publicam libertatem mea cæde redem/pturus essem. Ergo ubi in primam irruissem custodiam: neq; mediocri negocio satellites submouissem, occidens interim, in quem incurrissem, & quicquid obsisteret amoliens, ad ipsum negocij caput ferebar: ad unicum Tyrãnidis robur, ad nostra rum calamitatum fontẽ: atq; irrupto arcis propugnaculo, cum uiderem illum fortiter tuentem sese, multisq; uulneribus resi/stentem, tamen occidi. Et iam tum erat sublata Tyrannis, iam tum mihi confectum facinus. Ex eo tempore liberi omnes, ni/si quod reliquus adhuc erat senex solus, inermis, nudatus cu/stodijs: iamq; amisso magno illo suo satellite desertus, neq; de/inde dignus forti dextra. Ibi nimirum mecũ ipse iudices, hæc animo reputabam. Cuncta mihi pulchre habent, cuncta cõfe cta sunt, cuncta eò quo destinaram, perducta. At eum qui reli quus est, quo tãdem modo pœnas dare conuenit? Me quidẽ, meáque dextera nequaquam est dignus: præsertim si post splendidum facinus iuuenile atque magnificum interimatur, priorem illam cædem dedecoraturus. Carnifex aliquis quæ/rendus est illo dignus. uerum post calamitatem ne uel hanc ipsam lucrifaciat, uideat: discrucietur: appositum habeat en/sem: huic reliqua mando. Hæc ubi mecum statuissem, ipse qui dem illinc discedo. At ille peregit id, quod ego prædiuinaue/ram: Tyrannum occidit: summamque meæ imposuit fabulæ. Adsum igitur popularem administrationem uobis adpor/tans: cunctisq; bono iam ut animo sint, edicens, ac libertatem annuncians. Iam meis fruimini factis. Vacua, sicut uidetis, sce/leratis hominibus arx. Imperat nemo: quin & magistratus creare liberum est, & causas agere, & ex legibus contradicere.

ὃν δὲ πρὸς τὸν κίνδυνον ἀπεδειλίασε. μόνος δὲ μόνος πρὸς οὕτως ἰσχυρὰν καὶ πολλὴν τὴν τυραννίδα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ξίφους, τοῦ συμμεμαχημένου, καὶ τὸ μέρος συντετυραννοκτονηκότος, πρὸ ὀφθαλμῶν μὲν τὸν πλοῦτον ἔχων, ἀλλαξόμενος δὲ ὅμως τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς. ἐντυχὼν δὲ τῇ πρώτῃ φρουρᾷ, καὶ τρεψάμενος οὐ ῥᾳδίως τοὺς δορυφόρους καὶ τὸν ἐντυγχάνοντα κτείνων, καὶ τὸ ἀνθιστάμενον πᾶν διαφθείρων, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἔργων ἵεμαι, ἐπὶ τὴν μόνην τῆς τυραννίδος ἰσχύν, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἡμετέρων συμφορῶν, καὶ ἐπιστὰς τῷ τῆς ἀκροπόλεως φρουρίῳ, καὶ ἰδὼν γεννικῶς ἀμυνόμενον καὶ ἀνθιστάμενον πολλοῖς τραύμασιν, ὅμως ἀπέκτεινα. καὶ ἡ μὲν τυραννὶς ἤδη καθῄρητο, καὶ πέρας εἶχέ μοι τὸ τόλμημα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου πάντες μὲν ἐλεύθεροι. ἐλείπετο δὲ ὁ γέρων ἔτι μόνος ἄνοπλος, ἀποβεβληκὼς τοὺς φύλακας, ἀπολωλεκὼς τὸν μέγαν ἐκεῖνον αὐτοῦ δορυφόρον, ἔρημος οὐδὲ γενναίας ἔτι χειρὸς ἄξιος. ἐνταῦθα τοίνυν πρὸς ἐμαυτόν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰ τοιαῦτα ἐλογισάμην. πάντα ἔχει μοι καλῶς. πάντα πέπρακται. πάντα κατώρθωται. τίνα ὁ περίλοιπος κολασθείη τρόπον; ἐμοῦ μὲν ἀνάξιός ἐστι καὶ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπ' ἔργῳ λαμπρῷ, καὶ νεανικῷ, καὶ γενναίῳ ἀνῃρημένος, καταισχύνων κἀκείνην τὴν σφαγήν. ἄξιον δέ τινα δήμιον ζητῆσαι, ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφοράν, μὴ δὲ τὴν αὐτὴν κερδαινέτω. κολασθήτω. παρακείμενον ἐχέτω τὸ ξίφος. τούτῳ τὰ λοιπὰ ἐντέλλομαι. ταῦτα βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἐκποδὼν ἀπηλλαττόμην. ὁ δὲ ὅπερ ἐγὼ προὐμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι. πάρειμι οὖν, κομίζων ὑμῖν τὴν δημοκρατίαν καὶ θαρρεῖν ἤδη προκηρύττων ἅπασι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν εὐαγγελιζόμενος. ἤδη οὖν ἀπολαύετε τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. κενὴ μὲν ὡς ὁρᾶτε πονηρῶν ἡ ἀκρόπολις. οὐδεὶς δὲ ὁ ἐπιτάττων, ἀλλὰ καὶ τιμᾶν ἔξεστι καὶ δικάζειν καὶ ἀντιλέγειν κατὰ τοὺς νόμους.

καὶ πάντα

Atq; hæc omnia uobis mea contigerunt opera, meaq; fortitu dine: uidelicet ex una illa cæde, post quã pater iam uiuere non quibat. Aequum itaq; censeo, ut his pro meritis debitum mihi à uobis præmium donetur: non quod lucri auidus, aut sordi dus quispiam sim: nec is qui mercedis gratia de patria beneme reri statuerim: uerum quod præmio cupiam officia mea com probari, neq; repudiari, aut inglorios fieri conatus meos, si ue lut irriti, præmioq; indigni iudicentur. At hic contradicit, ne gatq; æquum facere me, qui decorari munere, præmiumq; fer re cupiam. Neq; enim Tyrannicidam esse me, neq; quicquam à me pro legis sententia confectum esse: uerum facinori meo deesse quiddam, ad hoc ut præmium postulem. Percõtor igi tur illum, quid præterea requiris à me? Nõnne uolui? Nõnne ascendi? Nõnne occidi? Nõnne libertatem peperi? Num quis imperat? Num quis iubet? Num quis minitatur dominus? Nũ quis nocẽtium manus effugit meas? Haudquaquam dixeris. Sed omnia plena pacis: omnes restitutæ leges: libertas manife sta. Democratia stabilis: inuiolata connubia: pueri tuti: uirgi nes absq; periculo: publiciamque felicitatem solennibus ferijs celebrat ciuitas. Quis igitur horum omnium autor? Quis est qui illa sustulit? hæc peperit? Etenim si quisquam præ me di gnus honore sit, cedam præmium: desistam à petendo mune re. Quod si solus omnia peregi, audens, periclitans, ascendens, interimens, excrucians, alterum ultus in altero: quid mea calũ niaris officia? Quur facis ut populus parum erga me gratus existat? At enim num occidisti Tyrannum? Porrò lex Tyran nicidæ præmium decernit. Verum dic mihi: nunquid interest, utrum ipse interimas, an mortis causam ministres? Mea profe cto sententia, nihil. Verum hoc solum spectauit legis cõditor: libertatẽ, Democratiam, sceleratorũ sublationẽ. Huic honorẽ decreuit: hoc præmio dignũ iudicauit: quod quidem inficiari non potes, quin mea contigerit opera. Etenim si occidi eum: quo occiso, ille non poterat uiuere, nimirũ ipse cædem peregi.

Ego

καὶ πάντα ταῦτα γεγένηται δι' ἐμὲ ὑμῖν, καὶ διὰ τὴν τόλμαν τὴν ἐμὴν, καὶ κατὰ τὸν ἑνὸς ἐκείνου φόνον, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι ζῆν ὁ πατὴρ ἐδύνατο. ἀξιῶ δ' οὖν ἐπὶ τούτοις, τὴν ὀφειλομένην δοθῆναί μοι παρ' ὑμῶν δωρεὰν, οὐ φιλοκερδὴς, οὐδὲ μικρολόγος τις ὢν, οὐδ' ἐπὶ μισθῷ τὴν πατρίδα εὐεργετεῖν προῃρημένος, ἀλλὰ βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος, τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ, καὶ μὴ διαβληθῆναι, μηδ' ἄδοξον γενέσθαι τὴν ἐπιχείρησιν τὴν ἐμὴν, ὡς ἀτελῆ καὶ γέρως ἀναξίαν κεκριμένην. οὑτοσὶ δὲ ἀντιλέγει καὶ φησὶν, οὐκ εὔλογον ποιεῖν με τιμᾶσθαι θέλοντα, καὶ δωρεὰν λαμβάνειν. οὐ γὰρ εἶναι τυραννοκτόνον οὐδὲ πεπρᾶχθαί μοι τι κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐνδεῖν τι τῷ ἔργῳ τῷ ἐμῷ, πρὸς ἀπαίτησιν τῆς δωρεᾶς. πυνθάνομαι τοίνυν αὐτοῦ τί λοιπὸν ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ; οὐκ ἐβουλήθην; οὐκ ἀνῆλθον; οὐκ ἐφόνευσα; οὐκ ἠλευθέρωσα; μή τις ἐπιτάττει; μή τις κελεύει; μή τις ἀπειλεῖ δεσπότης; μή τις με τῶν κακούργων διέφυγεν; οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ πάντα εἰρήνης μεστὰ, καὶ πάντες οἱ νόμοι, καὶ ἐλευθερία σαφὴς, καὶ δημοκρατία βέβαιος, καὶ γάμοι ἀνύβριστοι, καὶ παῖδες ἀδεεῖς, καὶ παρθένοι ἀσφαλεῖς, καὶ ἑορτάζουσα τὴν κοινὴν εὐτυχίαν ἡ πόλις. τίς οὖν ὁ τούτων ἁπάντων αἴτιος; τίς ὁ ἐκεῖνα μὲν παύσας, τάδε παρεσχημένος; εἰ γάρ τίς ἐστι πρὸ ἐμοῦ τιμᾶσθαι δίκαιος, παραχωρῶ τοῦ γέρως, ἐξίσταμαι τῆς δωρεᾶς. εἰ δὲ μόνος ἐγὼ πάντα διεπραξάμην, τολμῶν, κινδυνεύων, ἀνιὼν, ἀναιρῶν, κολάζων, δι' ἀλλήλων τιμωρούμενος, τί μου διαβάλλεις τὰ κατορθώματα; τί δὲ ἀχάριστον πρός με τὸν δῆμον πειρᾷς εἶναι; οὐ γὰρ αὐτὸν ἐφόνευσας τὸν τύραννον. ὁ δὲ νόμος τυραννοκτόνῳ δίδωσι τὴν δωρεάν. διαφέρει δὲ εἰπέ μοι τί, ἢ αὐτὸν ἀνελεῖν, ἢ τοῦ θανάτου παρασχεῖν τὴν αἰτίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ, οὐδὲν οἶμαι. ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁ νομοθέτης εἶδε τὴν ἐλευθερίαν, τὴν δημοκρατίαν, τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγὴν, τοῦτ' ἐτίμησε, τοῦτ' ἄξιον ἀμοιβῆς ὑπέλαβεν, ὅπερ οὐκ ἂν εἴποις, μὴ δι' ἐμὲ γεγενῆσθαι. εἰ γὰρ ἐφόνευσα δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύνατο, αὐτὸς εἴργασμαι τὴν σφαγήν.

Ego occidi, sed illius manu. Itaq; ne discepta de cædis modo, neq; illud expende quemadmodum interierit: uerum an iam perierit, & an quod perijt, id à me sit profectum. Quandoquidem & illud excussurus mihi uideris: atq; his aduersus bene de repu. meritos calumnijs usurus. Si quis non gladio, uerū lapide, lignóue, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porrò si fame Tyrannum obsedissem, ad mortis necessitatem cōpellens, num ibi quoq; requisiturus eras à me cædem, mea ipsius manu peractam? aut desiderari adhuc quiddam diceres, ad id ut legi factum à me satis uideatur, atq; id cum scelestum acerbius etiam atq; atrociore mortis genere trucidassem? Vnum hoc duntaxat specta, hoc require, hoc excute. Quis nocentiū reliquus, aut quæ metus expectatio, aut quod calamitatum uestigium? Quod si purgata omnia, si pacata: profecto sycophanticum est, modum rei gestæ calumniantem præmio frustrari uelle, quod ijs quæ uirtute confecta sunt debeatur. Equidem & illud memini dissertum in legibus: nisi forte propter diutinam seruitutem oblitus sum eorum, quæ ab illis dicūtur: Causam mortis esse duplicē, puta, si quis ipse occidat, aut si nō ipse quidem occidit, neq; manu facinus peregit, uerum cōpulit, præbuitq; mortis occasionem: ex æquo & hunc quoq; lex censet supplicio affici oportere, idq; iure optimo. Neq; enim statuit minus ualere oportere audaciā, quàm facinus. Ac post ea superuacaneum est cædis rationem, uiamq; spectare. Deinde hunc qui sic occiderit, tanquam homicidam pœnas oportere dare censebis, ac nequaquam absoluendum esse. At me qui per omnia consimili modo rempu. iuui, non censes ea capere oportere, quæ ijs debētur, qui beneficio iuuerunt? Neq; enim illud dicere possis, me quidem imprudentem fecisse, sed exitū quendam cōmodum fortuitu fuisse consequutū præter animi sententiam. Nam quid præterea iam formidassem, eo qui ualidior erat interempto? Cur autem gladium in uulnere reliquissem, nisi planè quod erat euenturū, id ipsum prædiuinassem?

Nisi

ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς. μηδ' ἐξέταζε ὅπως ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰ μηκέτ' ἔστιν διὰ ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάζειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ ἀπέκτεινεν. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον, τὴν ἀνάγκην τῆς τελευτῆς παρέχων, ἀπῄτεις ἂν καὶ τότε παρ' ἐμοῦ αὐτόχειρα τὴν σφαγήν, εἰ ἢ ἐνδεῖν ἔλεγές μοι τί πρὸς τὸν νόμον, καὶ ταῦτα χαλεπώτερον, τοῦ κακούργου πεφονευμένου; ἓν μόνον ἐξέταζε· τοῦτο ἀπαίτει. τοῦτο πολυπραγμόνει. τίς τῶν πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα καὶ εἰρηνικά, συκοφαντοῦντός ἐστι τῷ τρόπῳ τῶν πεπραγμένων χρωμένου, ἀποστερεῖν ἐθέλειν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις δωρεάν. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μέμνημαι διηγορουμένον ἐν τοῖς νόμοις, ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ τὴν πολλὴν δουλείαν ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττάς· εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου τὰ ἴσα, καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου, ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας, καὶ περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις, τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον δικαιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις, τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις; οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτὸ ἔπραξα, ἠκολούθησε δέ τι τέλος ἄλλως χρηστόν, ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. τί γὰρ ἔτι ἐδεδίειν, τοῦ ἰσχυροτέρου πεφονευμένου; τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ, εἰ μὴ πάντως τὸ ἐσόμενον αὐτοῦ προεμαντευόμην.

Nisi forsan illud dices: hunc qui extinctus est, Tyrannum nõ esse: neq; hanc appellationem in illum competere: neque uos multum præmij hoc nomine, si ille fuisset occisus, decreturos fuisse. Atqui istud dicere non queas. An Tyranno interempto, ei qui cædis causam ministrauit, præmium negabis? O curiositatem: de illo laboras, quo pacto interierit, quum interim libertate fruaris? Aut ab eo qui democratiam restituit, nescio quid superuacaneum praeterea requiris? Atqui lex, uti fateris, caput rei gestæ spectat. Quæ uero ad id conducunt, ea omnia missa facit, neque iam ultra curiosius excutit. Quid enim, an si Tyrannum exegerit quispiam, non is iam Tyrannicidæ præmium cepisset? cepisset opinor: idq; iure optimo. Siquidem & hic pro seruitute libertatem peperisset. At id quod à me patratum est, non exilium habet, non in posterum instaurandæ Tyrannidis metum, uerum absolutam sublationem, totiusq; generis internitionem, omneq; malum radicitus excisum. Et mihi, per deos, iam ab initio ad finem usq;, si uidetur, rem totam perpendite: nunquid eorum quæ ad leges pertinent sit prætermissum: & nunquid in me desideretur ex his, quæ Tyrannicidæ oportebat adesse. Principio mentem prius oportet suppetere fortem, & amãtem reip. quæq; pro cõmunibus cõmodis periculum adire non recuset, quæq; priuato suo interitu multitudinis incolumitatẽ ausit redimere. Num hac parte quicquam mihi defuit? Num frangebar animo? Num quum præscirem per quæ pericula mihi perrumpendum esset, per ignauiam refugi? Profecto non potes dicere. In hac interim parte tantum commorare, atque æstima: an non uel uoluisse tantum ista, ac statuisse, præclarum facinus futurum fuisse uideatur? Ac putato me solius animi, uolũtatisq; argumẽto præmiũ postulare, tanq; qui beneficio iuuerit. Tũ si uolũtati meæ facultas defuisset, uerum alius post me Tyrannũ occidisset, dic mihi, num absurdum aut præter æquum fuerat dare præmiũ? Maxime. Si dicerẽ: ciues, uolui, statui, aggressus sũ:

uoluntatis

ἐκτός. εἰ μὴ τοῦτο φῂς, ὡς οὐ τύραννος ὁ τεθνεὼς ἦν, οὐδὲ ταύτην εἶχε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ δωρεὰς ἐπ' αὐτῷ πολλὰς, εἰ ἀποθάνοι, ἡδέως ἂν ἡμεῖς ἐδώκατε. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. εἶτα τοῦ τυράννου πεφονευμένου, τῷ τὴν αἰτίαν παρασχόντι τῆς σφαγῆς οὐκ ἀποδώσεις τὴν δωρεάν. ὢ τῆς πολυπραγμοσύνης. μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν, ἀπολαύοντι τῆς ἐλευθερίας, ἢ τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα περιττότερόν τι προσεπαιτεῖς; καί τοι ὅ γε νόμος ὡς φῂς τὸ κεφάλαιον ἐξετάζει τῶν πεπραγμένων, τὰ διὰ μέσου δὲ πάντα ἐᾷ, καὶ οὐκ ἔτι πολυπραγμονεῖ. τί γὰρ καὶ οὐχὶ ἐξελάσας τις τύραννον, ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνου; καὶ μάλα δικαίως. ἐλευθερίαν γὰρ κἀκεῖνος ἀντὶ δουλείας παρέσχηται. τὸ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον, οὐ φυγὴ, οὐδὲ δευτέρας ἐπαναστάσεως ἐλπὶς, ἀλλὰ παντελὴς καθαίρεσις, καὶ πανωλεθρία παντὸς τοῦ γένους, καὶ ῥιζόθεν τὸ δεινὸν ἅπαν ἐκκεκομμένον. καί μοι πρὸς θεῶν ἤδη ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος εἰ δοκεῖ πάντα ἐξετάσατε, εἴ τι τῶν πρὸς τὸν νόμον παραλέλειπται, καὶ εἰ ἐνδεῖ τῶν προσεῖναι ὀφελόντων τυραννοκτόνῳ. πρῶτα μὲν δὴ, γνώμην προϋπάρχειν χρὴ γενναίαν καὶ φιλόπολιν καὶ πρὸ τῶν κοινῶν κινδυνεύειν ἐθέλουσαν, καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν ὠνησομένην. ἆρ' οὖν πρὸς τοῦτο ἐνεδέησα; ἐμαλακίσθην; ἢ προειδόμενός τινα τῶν διὰ μέσου κινδύνων ἀπώκνησα; οὐκ ἂν εἴποις. μένε τοίνυν ἐπὶ τούτου ἔτι μόνου, καὶ νόμιζε τῷ θελῆσαι μόνον, καὶ τῷ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρηστὸν ἀποβεβήκει. ἐκ τε τῆς γνώμης αὐτῆς καταστάντα με, γέρας ἀξιοῦν, ὡς εὐεργέτην λαμβάνειν. ἐμοῦ μὲν οὐ δυνηθέντος, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ, τετυραννοκτονηκότος, ἄλογον εἰπέ μοι, ἢ ἄγνωμον ἦν παρασχεῖν; καὶ μάλιστα εἰ ἔλεγον ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα,

uoluntatis experimentū dedi,solus dignus sum qui præmium feram. Quid tum responsurus fueras? Nunc porrò nō hoc dico,sed insuper ascendi,periclitatus sum,atq; innumerabilia pri usquam iuuenem occiderem,patraui. Neq; enim usq; adeo facilem,factuq; procliuem esse rem existimetis,custodias perrū pere,satellites opprimere,unumq; hominē tam multos amoliri. Quin isthuc penè maximum est omnium,quæ sunt in Tyrannicidio,totiusq; negocij caput. Nam ipse iam Tyrānus nō magna res est,neq; expugnatu,neq; confectu difficilis,uerum ea quæ tuentur continentq; Tyrannidem: quæ quidē si quis superarit,is nimirum cuncta quæ destinauit,peregerit,& perpusillū est id quod superest. Sed ad Tyrannos peruenire nūquam mihi cōtigisset,ni prius qui illum cingunt custodes oppressissem,omesq; satellites ante debellassem. Nihil adhuc addo,uerū in his rursum immoror. Custodiā oppressi,satellites superaui. Tyrannum incustoditum,inermē,nudum reddidi. Vtrum his rebus confectis,non tibi uideor honore dignus, an adhuc cædem ipsam à me requires? Quinetiam si cædem quæris,ne ea quidem desiderabitur. Nō sum incruentus,uerū cædem peregi,magnā ac strenuam, nempe iuuenis ætate ac uiribus florentis,atq; omnibus formidandi,per quē ille ab insidijs erat tutus,cui uni fidebat,qui complurium satellitū instar erat. An non igitur,quæso te,præmio dignus uideor,sed tantis rebus gestis honore fraudabor? Quid enim si satellitem unū, atq; adeo quid si Tyrāni ministrum quēpiam interemissem? Quid si seruum aliquem charum? an non hoc quoq; magnum uisum fuisset,cōscendisse,mediaq; in arce,medijs in armis,aliquem è Tyranni familiaribus iugulare? Nunc & hunc ipsum qui occisus est ,cuiusmodi sit considera. Filius erat Tyranni, uel Tyrannus potius ,crudelior , dominus intolerabilior , ad supplicia dirior,ad contumelias uiolentior ,quodq; est maximum,hæres ac successor omniū,quiq; in longum nostras calamitates posset prorogare. Vin' hoc solum mihi cōfectū esse?

ἐπεράθην τῆς γνώμης, μόνος ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι. τί ἂν ἀπεκρίνω τότε; νῦν δὲ, οὐ τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ ἀνῆλθον, καὶ ἐκινδύνευσα, καὶ μυρία πρὸ τῆς τοῦ νεανίσκου σφαγῆς ἐποίησα. μὴ γὰρ οὕτω ῥᾷστον μηδὲ εὐχερὲς ὑπολάβητε εἶναι τὸ πρᾶγμα, φρουρὰν ὑπερβῆναι, καὶ δορυφόρων κρατῆσαι, καὶ τρέψασθαι τοσούτους μόνον, ἀλλὰ σχεδὸν τὸ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἔργων, τοῦτό ἐστιν. οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος μέγα καὶ δυσάλωτον, καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φρουροῦντα καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα, ἃ εἴ τις ἂν νικήσῃ, πάντα οὗτος κατώρθωσε, καὶ τὸ λοιπὸν, ὀλίγον. τὸ δὲ δὴ ἄχρι τῶν τυράννων προσελθεῖν, οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ οὐχὶ τῶν περὶ αὐτοὺς φυλάκων καὶ δορυφόρων ἁπάντων κεκρατηκότι, κἀκείνους ἅπαντας προνενικηκότι, οὐδὲν ἔτι προστίθημι, ἀλλ' ἐπὶ τούτων αὖθις μένω, φυλακῆς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα, τὸν τύραννον ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀπέδωκα. τιμῆς ἄξιος ἐπὶ τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν φόνον; ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδὲ ἀναίμακτός εἰμι, ἀλλ' εἴργασμαι μεγάλην καὶ γενναίαν σφαγὴν νεανίσκου ἀκμάζοντος, καὶ πᾶσι φοβεροῦ. δι' ὃν ἀνεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ᾧ μόνῳ ἐθάρρει, ὃς ἀντὶ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων. ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιος ὦ οὗτος δωρεᾶς, ἀλλ' ἄτιμος ἐπὶ τηλικούτοις γένωμαι; τί γὰρ εἰ δορυφόρον ἕνα, τί δ' εἰ ὑπηρέτην τινὰ τοῦ τυράννου ἀπέκτεινα; τί δ' εἰ οἰκέτην τίμιον, οὐ μέγα ἂν ἔδοξε, καὶ τὸ ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τοῦ τυράννου φίλων; νῦν δὲ καὶ τὸν πεφονευμένον αὐτὸν ἴδε. υἱὸς ἦν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος, καὶ κολαστὴς ὠμότερος, καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος. τὸ δὲ μέγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων καὶ διάδοχος, καὶ ἐπὶ πολὺ παρατεῖναι τὰς ἡμετέρας συμφορὰς δυνάμενος. βούλει τοῦτο μόνον πεπρᾶχθαί μοι;

ζῆν δὲ

Ipsum uero Tyrannum uiuere adhuc, fuga ereptum? Iam hó rum nomine præmium postulo. Quid dicitis? Non dabitis? An non & illum uerebamini? An non dominus, an non grauis, an non intolerandus erat? Porrò nunc negocij caput, deniq; ipsum perpendite. Etenim quod hic à me requirit, hoc quàm fieri potuit, pulcherrime confeci. Tyrannumq; alienà cæde occidi, non simpliciter, nec uulnere uno, id quod fuerat optatissimum illi, uidelicet tantorum facinorum sibi conscio, sed postea quàm illum prius multo dolore excarnificassem: tum, quo nihil habebat charius, miserabiliter prostratum coram oculis ostendens, puta filium in ipso æui flore, tametsi scelestum quidem illum, attamen & ætate uigentem, & patri similem, sanguine tabóque oppletum. Hæc nimirum sunt parentum uulnera, hi gladij uerorum Tyrannicidarũ, hæc mors digna crudelibus Tyrannis, hæc ultio tantis sceleribus congruit. Cæterum protinus interire, protinus excidere sibi, neq; huiusmodi ullum spectare spectaculum, profecto nihil habet Tyrannico supplicio dignum. Neque enim ignorabam uir egregie: non ignorabam, inquam, neque quenquam alium latuit, quanta ille charitate filium sit prosequutus: adeo ut illo extincto, ne paululum quidem temporis sibi in uita morandum esse fuerit ducturus. Atqui haud scio, an omnes patres hunc ad modum affecti sint erga liberos: uerum hic etiam ultra reliquos habebat quiddam, idq; merito: quippe qui conspiceret illum unicum esse qui curaret, seruaretque Tyrannidem, quiq; solus pro patre pericula susciperet, & tutamen imperio adderet. Itaque si non ob charitatem, certe ob rerum desperationem sciebam illum protinus exiturum è uita: perpensurum enim, iam nihil esse cur uelit uiuere, adempto tutamine, quod illi filius ministrauerat. Nimirum effeci, ut hæc omnia illum agminatim circumsisterent, forma, dolor, desperatio, formido: quiq; in posterum imminebant metus: his aduersus illum auxilijs sum usus, atque ad id extremum illud consilium adegi.

Interijt

ζῆν δὲ ἔτι τὸν τύραννον διαπεφευγότα; γέρας δὴ ἐπὶ τούτοις αἰ-
τῶ. τί φατέ; οὐ δώσετε; οὐχὶ κἀκεῖνον ὑφεωρᾶσθε; οὐ δεσπότης; οὐ βα-
ρύς, οὐκ ἀφόρητος ἦν; νῦν δὲ, καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ ἐννοήσατε. ὃ
γὰρ οὗτος ἀπαιτεῖ παρ᾽ ἐμοῦ, τοῦτο ὡς ἐνῆν, ἄριστα διεπραξάμην, καὶ
ἐν τύραννον ἀπέκτεινα ἑτέρῳ φόνῳ, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πληγῇ μιᾷ,
ὅπερ εὐκταιότατον ἦν αὐτῷ, ἐπὶ τηλικούτοις ἀδικήμασι, ἀλλὰ λύπῃ
προβασανίσας πολλῇ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας τὰ φίλτατα οἰκτρῶς
προκείμενα, υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ, εἰ καὶ πονηρὸν, ἀλλ᾽ οὖν καὶ ἀκμάζοντα, καὶ
ὅμοιον τῷ πατρὶ, αἵματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. ταῦτ᾽ ἐστὶ
πατέρων, τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων. οὐ-
τος θάνατος ἄξιος ὠμῶν τυράννων. αὕτη τιμωρία πρέπουσα τοσού-
τοις ἀδικήμασι. τὸ δ᾽ εὐθὺς ἀποθανεῖν, τὸ δὲ εὐθὺς ἀγνοῆσαι, τὸ δὲ μηδὲν
τοιοῦτο θέαμα ἰδεῖν οὐδὲν ἔχει τυραννικῆς κολάσεως ἄξιον. οὐ γὰρ
ἠγνόουν, ὦ οὗτος, οὐκ ἠγνόουν, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδεὶς, ὅσην ἐκεῖνος εὔνοι
αν πρὸς τὸν υἱὸν εἶχε, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἠξίωσεν ἐπιβιῶναι οὐδ᾽ ὀλίγον
αὐτῷ χρόνον. πάντες μὲν γὰρ πατέρες ἴσως πρὸς τοὺς παῖδας
τοιοῦτοι. ὁ δὲ, καὶ περιττότερόν τι τῶν ἄλλων εἶχεν. εἰκότως, ὁ-
ρῶν μόνον ἐκεῖνον κηδεμόνα, καὶ φύλακα τῆς τυραννίδος, καὶ
μόνον προκινδυνεύοντα τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῇ ἀρ-
χῇ παρεχόμενον. ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ διὰ τὴν
ἀπόγνωσιν εὐθὺς ἠπιστάμην τεθνηξόμενον αὐτὸν, καὶ λογιού-
μενον, ὡς οὐδὲν ἔτι τοῦ ζῆν ὄφελος τῆς ἐκ τοῦ παιδὸς ἀσφα
λείας καθῃρημένης. ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν
φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν
μελλόντων ἐλπίδας χρόνων. ἐπ᾽ αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμ
μάχοις καὶ παρὰ τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα.

Interijt itaq; uobis orbus, excruciatus, plorãs, lachrymans. Luxit luctum, non illum quidem diuturnum, uerum qui satis magnus esset patri. Postremo quod est omnium acerbissimũ, ipse sibi necem consciuit: quod quidem mortis genus, præ cæteris miserrimum, multóq; atrocius, quã si per aliũ inferatur. Vbi mihi gladius? Num quis alius eum agnoscit? Num cuius alterius hoc gestamen erat? Quis eum in arcem induxit? Ante Tyrãnum quis eo est usus? Quis eum ad illum misit? O ensis particeps, successorq; meorum egregie factorum, post tanta pericula, post tantas cædes cõtemnimur, & indigni præmio iudicamur. Nam si huius tantum nomine præmium à uobis postularem, si sic dicerem iudices, Tyrãnum quum mori uellet, quum id temporis inermem se deprehendisset, meus hic illi gladius inseruiuit, & ad consequendam libertatem auxilio fuit uniuersis, hunc quoq; laude, præmióq; dignum iudicassetis. Porrò domino tam popularis rei non gratiam retulissetis? Nõne inter eos qui de Rep. benemeriti sunt, scripsissetis? Nónne gladium inter sacra monumenta cõsecrassetis? Non illum secundum deos ueneraremini? Nunc mihi considerate, quæ uerisimile est fecisse Tyrannũ, quæ dixisse, priusq; sibi mortem consisceret. Quũ iuuenis à me trucidaretur, ac multis etiã uulneribus cõfoderetur, idq; in his corporis partibus, quæ cõspicuæ magis, magisq; sint oculis obuiæ, uidelicet ut q maxime discruciaret eũ, qui genuerat, quóq; primo statim conspectu perturbaret, miserabiliter inclamabat, parentẽ implorans non adiutorẽ nec opitulatorẽ, quippe qui senex iã esset, atq; inualidus, uerũ domesticarum cladium spectatorem. Nam ego interim discesseram, autor qui fueram totius tragœdiæ, relinquens actori cadauer, scenam, gladium, reliqua quæ ad actum fabulæ pertinebant. At ille astans, ubi filium conspexit, quem habebat unicũ, semiuiuum, sanguinolentum, cæde conspersum, tum uulnera perpetua, plurima ac letalia, hũc ad modũ exclamauit: O nate extincti sumus, interẽpti sumus, tanq; Tyrãni iugulati sumus.

Ybi

ἀπέθανεν ὑμῖν ἄτεκνος, λελυπημένος, ὀδυρόμενος, δακρύων, πεπενθηκὼς πένθος, ὀλιγοχρόνιον μὲν, ἀλλ' ἱκανὸν πατρὶ, καὶ τὸ δεινότατον αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ ὃς τῶν θανάτων οἴκτιστος καὶ πολλῷ χαλεπώτερος, ἢ εἰ ὑπ' ἄλλου γένοιτο. ποῦ μοι τὸ ξίφος; μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; μή τινος ἄλλου ὅπλον τοῦτ' ἦν; τίς αὐτὸ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνεκόμισε; πρὸ τοῦ τυράννου τίς ἐχρῆτο; τίς αὐτὸν ἐπ' ἐκεῖνον ἀπέστειλεν; ὦ ξίφος κοινωνὸν καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων, μετὰ τοσούτους κινδύνους, μετὰ τοσούτους φόνους ἀμελούμεθα, καὶ ἀνάξιοι δοκοῦμεν δωρεᾶς. εἰ γὰρ ὑπὲρ μόνου τούτου τὴν τιμὴν ᾔτουν παρ' ὑμῶν. εἰ δ' ἔλεγον, ἄνδρες, ἀποθανεῖν ἐθελήσαντι τῷ τυράννῳ, καὶ ἀνόπλῳ ἐπὶ τοῦ καιροῦ κατειλημμένῳ, ξίφος τοὐμὸν ὑπηρέτησε, καὶ πρὸς τὸ τέλος τῆς ἐλευθερίας συνήργησε παντὶ, τοῦτο τιμῆς τι καὶ δωρεᾶς ἄξιον νομίζετε. δεσπότην οὕτω δημοτικοῦ κτήματος, οὐκ ἂν ἠμείψασθε; οὐκ ἂν ἐν τοῖς εὐεργέταις ἀνεγράψατε; οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκατε; οὐκ ἂν μετὰ τῶν θεῶν ἐκεῖνο προσεκυνήσατε; νῦν μοι ἐννοήσατε, οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν τύραννον, οἷα δὲ εἰρηκέναι πρὸ τῆς τελευτῆς. ἐπεὶ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ φονευόμενος καὶ τιτρωσκόμενος πολλοῖς τραύμασιν ἐς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος, ὡς ἂν μάλιστα λυπήσαιμι ἔμελλον τὸν γεγεννηκότα, ὡς ἂν ἐκ τῆς πρώτης θέας διαταράξαιμι, ὁ μὲν ἀνεβόησεν οἰκτρὸν, ἐπιβοώμενος τὸν γεγεννηκότα, οὐ βοηθὸν, οὐδὲ σύμμαχον, ᾔδει γὰρ πρεσβύτην ὄντα καὶ ἀσθενῆ, ἀλλὰ θεατὴν τῶν οἰκείων κακῶν. ἐγὼ δ' ἀπηλλαττόμην ποιητὴς μὲν τῆς ὅλης τραγῳδίας γεγενημένος, καταλιπὼν δὲ τῷ ὑποκριτῇ τὸν νεκρὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, καὶ τὸ ξίφος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος. ἐπιστὰς δὲ ἐκεῖνος, καὶ ἰδὼν υἱὸν, ὃν εἶχε μόνον, ὀλίγον ἐμπνέοντα, ᾑμαγμένον, ἐμπεπλησμένον τοῦ φόνου, καὶ τὰ τραύματα συνεχῆ, καὶ πολλὰ καὶ καίρια, ἀνεβόησε τοῦτο, τέκνον ἀνῃρήμεθα, πεφονεύμεθα, τετυραννοκτονήμεθα.

Vbi mactator? Cui me seruat? Cui me relinquit? qui quidem iamdudũ propter occisum te fili sum extinctus, nisi forte me tanquam senem contemnit, ac lento supplicio me conficit, pro ducitq; mihi mortem, redditq; mihi cædem longiorem. Atq; hæc loquutus, ensem quærebat. Nã ipse inermis erat, propter ea quod per omnia filio fideret: uerũ ne is quidem deerat, ut qui iamdudum fuerit à me paratus, atq; ad facinus futurũ reli ctus. Euulso igitur è cæde gladio, atq; è uulnere exempto, ait, Dudum me occidisti, nunc finem malis impone gladie. Ades patri lugenti solamen, senilemq; manum & infelicem adiuua, iugula, Tyrannum occide, luctu libera: utinam prior in te inci dissem, utinam in cæde priorem occupassem locum. Occidis sem quidem, sed tanquam Tyrannus duntaxat, sed qui crede rem mihi superesse ultorem. nunc autem tanquam orbus oc cumbo, nunc tanquam cui desit etiam mactator. Atq; hæc ubi diceret, gladium adegit, tremens neq; sat potens. Cupiebat q; dem, uerum non suppetebant uires ad facinus exigendum. Quot hic supplicia? Quod uulnera? Quot mortes? Quot Tyrãnicidia? Quod præmia? Postremo spectastis omnes iu uenem dudum prostratum, nec exiguum profecto, neq; me diocrium uirium opus, ac senem huic circũfusum, atq; ambo rum sanguinem commixtum, libertatis illam & uictorialẽ ui ctimam, meiq; gladij facinora. At gladius ipse in medio ambo rum, declarans ꝙ non indignum se domino præstitit, testãsq; quod mihi fidam nauasset operam. Id si à me ipso fuisset pa tratum, minus fuerat futurum. Nunc autem illustrius est ipsa nouitate. Atq; ego quidem sum is, qui Tyrannidem sustuli. Cæterum actio in multos est distributa, queãdmodum in fa bulis fieri consueuit. Ac primas quidem partes egi ipse: Secun das autem filius: Porrò tertias Tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruiuit.

LVCIANI TYRANNICIDAE, DES. ERASMO ROTEROD. INTERPRETE FINIS.

ποῦ ὁ σφαγεύς; τίνι με τηρεῖ; τίνι με φυλάττει, διὰ σοῦ τέκνον προανῃρημένον; ἢ μή τι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖ, καὶ τῇ βραδυτῆτι κολάζειν δέον, καὶ παρατείνει μοι τὸν φόνον καὶ μακροτέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖ. καὶ ταῦτα λέγων ἐζήτει τὸ ξίφος. αὐτὸς γὰρ ἄνοπλος ἦν, διὰ τὸ πάντα τῷ παιδὶ θαῤῥεῖν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐνεδέησε, πάλαι δ' ἦν ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο προπαρεσκευασμένον, καὶ πρὸς τὸ μέλλον τόλμημα καταλελειμμένον. ἀποσπάσας δὴ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος, φησὶ πρὸ μικροῦ μὲν με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον ξίφος, πατρὶ πενθοῦντι παραμύθιον ἐλθὲ, καὶ πρεσβυτικῇ χειρὶ δυστυχεῖ συναγώνισαι, ἀπόφαξον, τυραννοκτόνησον, καὶ τοῦ πενθεῖν ἀπάλλαξον. εἴθε πρῶτος σοὶ ἐνέτυχον, εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου. ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον. νῦν δ' ὡς ἄτεκνος, νῦν ὡς οὐδὲ φονέως εὐπορῶν. καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, ἐπῆγε τὴν σφαγήν, τρέμων, οὐ δυνάμενος, ἐπιθυμῶν μὲν, ἀσθενῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τολμήματος. πόσαι κολάσεις ταῦτα; πόσα τραύματα; πόσοι θάνατοι; πόσαι τυραννοκτονίαι; πόσαι δωρεαί; καὶ τέλος ἑωράκατε πάντες τὸν μὲν νεανίαν προκείμενον οὐδὲ μικρὸν, οὐδ' εὐκαταγώνιστον ἔργον, τὸν πρεσβύτην δὲ αὐτῷ περικεχυμένον, καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀνακεκραμένον, τὴν ἐλευθέριον ἐκείνην, καὶ ἐπινίκιον σπονδὴν, καὶ τὰ ἔργα τοῦ ξίφους τοῦ ἐμοῦ. αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ἐπιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀνάξιον γεγένηται τοῦ δεσπότου, καὶ μαρτυρόμενον ὅτι μοι πιστῶς διηκονήσατο. τοῦτο ὑπ' ἐμοῦ γενόμενον, μικρότερον ἦν. νῦν δὲ λαμπρότερόν ἐστι τῇ καινότητι. καὶ ὁ μὲν καθελὼν τὴν τυραννίδα πᾶσαν, εἰμὶ ἐγώ, μεμέρισται δὲ ἐς πολλοὺς τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐν δράμασι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ ὑπεκρινάμην, τὰ δεύτερα δὲ ὁ παῖς, τὰ τρίτα δὲ ὁ τύραννος αὐτὸς, τὸ ξίφος δὲ πᾶσιν ὑπηρέτησεν.

LVCIANI SAMOSATENSIS ABDICATVS DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ARGVMENTVM DECLAMATIONIS.

Quidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem insania laborantem, reliquis medicis desperantibus, dato pharmaco cum sanasset, denuo receptus est in familiam. Post hæc nouercam insania correptam sanare iussus, abdicatur.

DECLAMATIO.

HAVD quaquam noua sunt hæc Iudices, neq; mirāda, quæ in præsentia facit pater, neq; nunc primum ad hunc irascitur modum, uerum hæc lex illi facilis est, & assuetus ad hanc causam accedit. Verum illud mihi nouo calamitatis genere accidit, q̄d cum nullum propriū sit crimen, quod mihi possit imponi, tamē in periculū uocor, ne pœnas dem artis nomine, nisi huic iubēti per oīa parere possit. Qua quidem re quid fieri possit absurdius? uti curē ex præscripto, nō iā quatenus ars ualeat, sed patris arbitratu. Quare optarim equidem ut medicorū ars, eiusmodi quoq; remediū aliquod haberet, q̄d nō modo laborātes insania, uerūetiā præter æquū irascētes liberare possit, nimirū quo liceat & patris iracūdiæ mederi. Nunc autē ipsa quidē insania leuatus est, cæterū iracundia magis etiā exasperatur. Quodq; est omnium grauissimum, erga cæteros oēis sanus est, in me unū iusanit, à quo morbo fuit liberatus.

Videtis

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ.

Ὑπόθεσις τῆς μελέτης.

Ἀποκηρυχθείς τις ἰατρικὴν ἐξέμαθε, μανέντα τὸν πατέρα καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκου δόσει, ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος. μετὰ ταῦτα μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰᾶσθαι κελευόμενος ἀποκηρύττεται.

Οὐ καινὰ μὲν ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδὲ παράδοξα τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ παρόντι γινόμενα, οὐδὲ νῦν πρῶτον τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται, ἀλλὰ πρόχειρος οὗτος ὁ νόμος αὐτῷ, καὶ συνήθως ἐπὶ τοῦτ' ἀφικνεῖται τὸ δικαστήριον. ἐκεῖνο δὲ καινότερον νῦν δυστυχῶ, ὅτι ἔγκλημα μὲν ἴδιον οὐκ ἔχω, κινδυνεύω δὲ τιμωρίαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ μὴ πάντα δύναται πείθεσθαι τούτῳ κελεύοντι. οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον, θεραπεύειν ἐκ προστάγματος, οὐκ ἔθ' ὡς ἡ τέχνη δύναται, ἀλλ' ὡς ὁ πατὴρ βούλεται; ἐβουλόμην μὲν οὖν τὴν ἰατρικήν, καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ὃ μὴ μόνον τοὺς μεμηνότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους, παύειν ἐδύνατο, ἵνα καὶ τοῦτο τοῦ πατρὸς νόσημα ἰασαίμην. νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ τέλεον πέπαυται, τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται. καὶ τὸ δεινότατον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι σωφρονεῖ, κατ' ἐμοῦ δὲ τοῦ θεραπεύσαντος, μόνου μαίνεται. τὸν μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας

ὁρᾶτε

Videtis igitur cuiusmodi mercedem curationis feram, cũ rur/ sum ab illo abdicor, iterum alienor à familia, ceu ob idipsum ad breue tempus receptus, ut maiore infamia sæpius eijcerer domo. At ego quidem in his quæ præstare queam, ne expe/ cto quidem patris iussum, ut qui pridem non accersitus ad o/ pitulandum accesserim. Verum ubi res est eiusmodi, ut nulla omnino spes sit, tum nec aggredi uelim. Porrò in hac muliere multo etiam minus ausim, neq; id temere. Siquidem reputo quæ in me facturus sit pater, si res non successerit, cum iam ab dicet nondum aggressum curationem. Quare doleo Iudices, nouercæ uicem, grauiter laborantis. Erat enim proba. Deinde patris nomine, quem huius morbus excruciat. Maxime tamẽ mea ipsius causa, qui uidear immorigerus patri, cum non pos/ sim quæ iubeor præstare, partim ob morbi magnitudinẽ, par/ tim ob artis imbecillitatem. At sanè non arbitror æquum esse ut abdicer, si quod efficere non queam, id ne recipiam quidẽ. Itaq; quibus de causis prius abdicarit me, facile fuerit ex hoc negocio conijcere. Quanquam ad illas, opinor, satis respondi, ipsa post acta uita. Ad hæc autem quæ nunc obijcit, pro uirili sum respõsurus, si prius de statu meo pauca uobis exposuero. Ego intractabilis ille, & immorigerus, patrem dedecorans, & indigna genere meo patrans, id quidem temporis multa id ge nus uociferanti, ac sine fine occlamanti, paucis contradicendũ esse duxi. Verum domo cedẽs, existimaui mihi grauissimi iu/ dicij instar fore, uerumq; calculum, ita actam deinde uitam, ut appareret me à paternis illis criminibus, quàm longissime ab/ esse, sed potius honestissimis studijs dedisse operam, cumque optimis uiris habuisse consuetudinem. Iam uero & eiusmodi quiddam prospiciebam, ac suspicabar fore, ut aliquãdo pater, qui non admodum animo constaret, mihi sine causa succense ret, falsaq; in filium crimina strueret. Neq; deerãt qui ista mor bi initium interpretarentur, minasq; ac tela paulo post irruitu ri mali. Nẽpe odiũ absq; causa, mores asperos, cõuitia parata,

τὸν βίον ἀπολαμβάνω ἀποκηρυττόμενος ὑπ' αὐτοῦ πάλιν, καὶ τοῦ γένους ἀλλότριος γίγνομαι δεύτερον, ὥσπερ διὰ τοῦτ' ἀναληφθεὶς πρὸς ὀλίγον ἵν' ἀτιμότερος γένωμαι πολλάκις ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας. ἐγὼ δὲ ἐν μὲν τοῖς δυνατοῖς, οὐδὲν κελευσθῆναι περιμένω. πρῴην γοῦν ἄκλητος ἧκον, ἐπὶ τὴν βοήθειαν. ὅταν δέ τι ᾖ τελέως ἀπεγνωσμένον, οὐδ' ἐπιχειρεῖν, βούλομαι, ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς ταύτης εἰκότως, καὶ ἀτολμότερός εἰμι. λογίζομαι γὰρ οἷα πάθοιμ' ἂν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀποτυχὼν, ὃς οὐδ' ἀρξάμενος τῆς θεραπείας, ἀποκηρύττομαι. ἄχθομαι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ ἐπὶ τῇ μητρυιᾷ χαλεπῶς ἐχούσῃ. χρηστὴ γὰρ ἦν, καὶ ἐπὶ τῷ πατρὶ δι' ἐκείνην ἀνιωμένῳ, τὸ δὲ μέγιστον ἐπ' ἐμαυτῷ, ἀπειθεῖν δοκοῦντι, καὶ ἃ προστάττομαι ὑπουργεῖν οὐ δυναμένῳ, καὶ δι' ὑπερβολὴν τῆς νόσου καὶ ἀσθένειαν τῆς τέχνης. πλὴν οὐ δίκαιον οἶμαι ἀποκηρύττεσθαι τὸν ἃ μὴ δύναται ποιεῖν, μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν ὑπισχνούμενον. δι' ἃς μὲν οὖν αἰτίας, καὶ πρότερον ἀπεκήρυξέ με, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν παρόντων. ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς ἐκείνας μὲν ὡς οἴομαι, ἱκανῶς τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ ἀπελογησάμην. καὶ ταυτὶ δὲ ἃ νῦν ἐγκαλεῖ, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ἀπολογήσομαι, μικρὰ ὑμῖν διηγησάμενος τῶν ἐμῶν. ὁ γὰρ δυσάγωγος καὶ δυσπειθὴς ἐγὼ, ὁ καταισχύνων τὸν πατέρα, καὶ ἀνάξια πράττων τοῦ γένους, τότε μὲν αὐτῷ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα βοῶντι καὶ διατεινομένῳ, ὀλίγα χρῆναι ἀντιλέγειν ᾤμην. ἀπελθὼν δὲ τῆς οἰκίας, ἐνόμιζόν μοι δικαστήριον ἔσεσθαι μέγα, καὶ ψῆφον ἀληθῆ τὸν μετὰ ταῦτα βίον καὶ τὸ φαίνεσθαι πάμπολυ τῶν τοῦ πατρὸς ἐγκλημάτων ἐκείνων ἀφεστηκότα, καὶ περὶ τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐσπουδακότα, καὶ τοῖς ἀρίστοις συνόντα. προεωρώμην δὲ καὶ τοιοῦτόν τι, καὶ ὑπώπτευον μὴ δῆλος ὢν σφόδρα καθεστηκότος πατρὸς ἀδίκως ὀργίζεσθαι, καὶ ἐγκλήματα ψευδῆ καθ' υἱοῦ συντιθέναι. καὶ ἦσαν τινες οἳ μανίας ἀρχὴν, ταῦτ' εἶναι νομίζοντες, καὶ ἀπειλὴν, καὶ ἀκροβολισμὸν οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιπεσουμένου κακοῦ, μῖσος ἄλογον, καὶ νόμον ἀπηνῆ, καὶ βλασφημίας προχείρους,

censuram seueram, clamorem, iracundiam, in summa, omnia plena bilis, unde usu uenturum credebam, ut mihi aliquando arte medicinæ foret opus. Proinde foras profectus, ac probatissimorum, quos in peregrinis regionibus nancisci potui, medicorum usus doctrina, plurimo labore, uehementiꝗ; animi studio artem perdidici. Porrò domum reuersus, offendo patrem manifesta iam insania laborantem, & ab huius loci medicis desperantibus destitutum, qui non altius introspiciunt, nec admodum exacte morbos diiudicant. At ego sanè sicuti par erat facere frugi filium, neꝗ; superioris abdicationis iniuriam recordabar, neque ut accerserer operiebar. Neque enim erat quicquam, quod illi proprie imputare possem. Verum peccata illa omnia fuerant aliena. Nempe quemadmodum modo dicebam, ipsius morbi. Ergo cũ inuocatus accessissem, non sum equidem protinus medicatus: neque enim hic nobis mos est, neque id præcipit ars, uerum illud omnium primum iubemur obseruare, sanabilis ne sit morbus, an insanabilis, atque artis terminos prætergressus. Ac tum si eiusmodi fuerit malum, ut commode possimus aggredi, aggredimur, totoque adnitimur studio, ut ægrotum seruemus. Quod si uiderimus iam inualuisse, superasseque, nec manum admolimur omnino: idq́ue uetustam quandam legem eorum, qui primi medicinæ prodiderunt artem, secuti. Qui negant tentandos esse morbos, qui iam inualuerunt. Itaque cum patrem adhuc intra spem esse perspicerem, neque malum supra artis uires esse, diu obseruatis ac pensitatis singulis, ita demum aggrediebar, ac pharmacum fidenti animo porrexi. Multi sanè eorum qui tum adcrant, suspectam habebãt administrationem pharmaci, calumniantes curationem meam. Iamque parabant in ius uocare me. Aderat autem & nouerca pauida atque diffidens, non id quidem odio mei, sed quod metueret, utpote probe sciens illum grauiter laborare. Nam sola nouerat omnia, quippe familiaris & assidue conuiuens ægrotanti.

Attamen

καὶ δικαστήριον σκυθρωπὸν, καὶ βοὴν, καὶ ὀργὴν, καὶ ὅλως, χολῆς μεστὰ πάντα. διὸ δὴ τάχα μοι καὶ ἰατρικῆς δεήσειν ποτὲ προσεδόκων. ἀποδημήσας οὖν, καὶ τοῖς εὐδοκιμωτάτοις τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἰατρῶν συγγενόμενος, καὶ πόνῳ πολλῷ, καὶ προθυμίᾳ λιπαρεῖ χρησάμενος ἐξέμαθον τὴν τέχνην. ἐπανελθὼν δὲ καταλαμβάνω τὸν πατέρα, σαφῶς ἤδη μεμηνότα, καὶ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον, οὐκ ἐς βάθος ὁρώντων, οὐδὲ ἀκριβῶς φυλοκρινούντων τὰς νόσους. πλὴν ὅ γε εἰκὸς ἦν ποιεῖν, χρηστὸν υἱὸν, οὔτε ἐμνησικάκησα τῆς ἀποκηρύξεως, οὔτε μετάπεμπτος γενέσθαι περιέμεινα. οὐδὲ γὰρ εἶχόν τι αὐτῷ ἴδιον ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα ἦν ἀλλότρια τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ὡς προέφην, ἤδη τῆς νόσου. προσελθὼν οὖν ἄκλητος οὐκ εὐθὺς ἰασάμην. οὐ γὰρ οὕτω ποιεῖν ἔθος ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ ταῦτα ἡ τέχνη παραινεῖ, ἀλλὰ πάντων πρῶτον διδασκόμεθα συνορᾶν, εἴ τι ἰάσιμόν ἐστι τὸ νόσημα, εἴτ' ἀνήκεστον, καὶ ὑπερβεβηκὸς τοὺς ὅρους τῆς τέχνης. καὶ τηνικαῦτα ἢν μὲν εὐμεταχείριστον ᾖ, ἐπιχειροῦμεν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐσφερόμεθα σῶσαι τὸν νοσοῦντα. ἢν δὲ κεκρατηκὸς ἤδη, καὶ νενικηκὸς τὸ πάθος ἴδωμεν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσαπτόμεθα, νόμον τινὰ παλαιὸν τῶν προπατόρων τῆς τέχνης ἰατρῶν φυλάττοντες, οἵ φασι, μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκρατημένοις. ἰδὼν οὖν τὸν πατέρα ἔτι ἐντὸς τῆς ἐλπίδος, καὶ τὸ πάθος οὐχ ὑπὲρ τὴν τέχνην ἐπὶ πολὺ τηρήσας, καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας ἔχον, ἐπεχείρουν ἤδη, καὶ τὸ φάρμακον τεθαῤῥηκότως ἐνέχεον. καίτοι πολλοὶ τῶν παρόντων, ὑπώπτευον τὴν δόσιν, καὶ τὴν ἴασιν διέβαλλον, καὶ πρὸς κατηγορίας παρεσκευάζοντο. παρῆν δὲ καὶ ἡ μητρυιὰ φοβουμένη, καὶ οὐ ἀπιστοῦσα τῷ μισεῖν ἐμὲ, ἀλλὰ τῷ δεδιέναι, καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι, πονήρως ἐκεῖνον διακείμενον. ἠπίστατο γὰρ μόνη τὰ πάντα συνειδυῖα, καὶ ὁμοδίαιτος τῇ νόσῳ. πλὴν

Attamen ego nihil his rebus deterritus, sciebã enim futurum ut mihi signa non mentirentur, neque falleret ars, adhibui curam, obseruato tempore idoneo. Quanquam erant amici nõnulli, qui mihi consilium darent, ne siderem: ne forte si res male successisset, maiorem aliquam calumniam mihi accerserem, quasi patrem ueneno ultus essem, memor iniuriarum, quibus me affecerat. In summa, ille protinus conualuit, pristinæ redditus sanitati, cognouitq; omnia. Familiares admirabantur, denique laudabat & nouerca, ac palàm omnibus utriusque nomine gaudebat, tum mihi laudem assecuto, tum illi ad sanã mentem reuerso. Atq; hic quidem, nam illud de eo testari possum, neq; contatus, neque quopiam his de rebus in consilium adhibito, simulatque rem omnem è familiaribus cognouit, irritam fecit abdicationem, ac denuo me filium fecit, seruatorem ac beneficum appellans, confitens sese certum experimentum mei cepisse, deq; illis ante factis semet excusans. Id factum compluribus attulit uoluptatem, nimirum quotquot aderant probi. Cæterum urebat eos, quibus abdicatio filij iucundior fuerat reuocationẽ. Proinde uidebam tum non eodem modo ea re gaudentes omnes, sed erat cuius & colorem illico uerti sensi, & oculos turbari, & uultum iracundum, quemadmodum ex inuidia, odióque solet accidere. Nos igitur, ut est consentaneum, in complexibus & animi gaudijs uersabamur, utpote utroque alteri reddito. Cæterum nouerca paulopost ægrotare protinus cœpit, morbo, iudices, graui, & impotenti. Nam statim obseruabam, ut nascebatur malum. Neq; enim simplex erat, aut leuis insaniæ species, quin potius uetus quidam morbus, qui iam pridem delituerat in animi domicilio, erupit, uictorq; in apertum prodijt. Sunt autẽ nobis cum alia multa signa, insanabili laborantis insania, tum illud commune in hac obseruaui muliere. In cæteros placatior est, ac mitis, atque illis præsẽtibus cõquiescit morb9, Quod si quẽ cõspexerit medicũ,

ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲν ἀποδειλιάσας, ἠπιστάμην γὰρ οὐ ψευδόμενά με τὰ σημεῖα οὐδὲ προδώσουσάν με τὴν τέχνην, ἐπεῖχον τὴν ἴασιν τῷ καιρῷ ἐπιχειρήσεως. καίτοι κἀμοί τινες τῶν φίλων, συνεβούλευον μὴ θρασύνεσθαι, μὴ καὶ διαβολήν τινα μείζω ἐνέγκῃ μοι τὸ ἀποτυχεῖν, ὡς ἀμυνομένῳ τὸν πατέρα φαρμάκῳ, καὶ μνησικακήσαντι, ὧν ἐπεπόνθειν ὑπ' αὐτοῦ. καὶ τὸ κεφάλαιον σῶος μὲν οὗτος εὐθὺς ἦν, καὶ ἐσωφρόνει πάλιν, καὶ πάντα διεγίγνωσκεν, οἱ παρόντες δὲ ἐθαύμαζον, ἐπῄνει δὴ καὶ ἡ μητρυιά, καὶ φανερὰ πᾶσιν ἦν χαίρουσα, κἀμοὶ εὐδοκιμοῦντι, κἀκείνῳ σωφρονοῦντι. οὗτος δ' οὖν, μαρτυρεῖν γὰρ αὐτῷ ἔχω, μή τι μελλήσας, μή τι σύμβουλόν τινα, περὶ τούτων προσλαβών, ἐπειδὴ τὸ πᾶν ἤκουσε τῶν παρόντων, ἔλυε μὲν τὴν ἀποκήρυξιν, υἱὸν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ἐποιεῖτό με, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀποκαλῶν, ἀκριβῶς πεῖραν εἰληφέναι ὁμολογῶν, καὶ περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐκείνων ἀπολογούμενος. τοῦτο γενόμενον εὔφραινε μὲν πολλοὺς ὅσοι παρῆσαν χρηστοί, ἐλύπει δ' ἐκείνους, ὅσοις ἀποκήρυξις υἱοῦ ἡδίων ἀναλήψεως. εἶδον γοῦν τότε, οὐ πάντας ὁμοίως ἡδομένους τῷ πράγματι, ἀλλ' εὐθύς τινος καὶ χρόαν τρεπομένην, καὶ βλέμμα τεταραγμένον, καὶ πρόσωπον ὠργισμένον, οἷον ἐκ φθόνου καὶ μίσους γίγνεται. ἡμεῖς μὲν οὖν ὡς τὸ εἰκὸς ἐν εὐφροσύναις καὶ θυμηδίαις ἦμεν, ἀλλήλους ἀπειληφότες. ἡ μητρυιὰ δὲ μετὰ μικρόν, εὐθὺς νοσεῖν ἤρξατο, νόσον, ὦ ἄνδρες δικασταί, χαλεπὴν καὶ παράλογον. ἀρχόμενον τ' εὐθὺς τὸ δεινὸν παρεφύλαξα. οὐ γὰρ ἁπλοῦν οὐδ' ἐπιπόλαιον τῆς μανίας τὸ εἶδος, ἀλλά τι παλαιὸν ὑποικουροῦν ἐν τῇ ψυχῇ κακὸν ἀπέρρηξε, καὶ ἐς τοὐμφανὲς ἐξενίκησε. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἡμῖν ἐστὶ σημεῖα τῶν ἀνιάτως μεμηνότων, ἓν δὲ ἐκεῖνο καινὸν ἐπὶ τῆς γυναικὸς ταύτης παρεφύλαξα. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς ἄλλους ἡμερωτέρα καὶ πρᾳεῖά ἐστι, καὶ παρόντων ἐρήμην ἄγει ἡ νόσος· ἂν δέ τινα ἰατρὸν ἴδῃ,

imò si uel audierit tantum de medico, in hunc supra modum incenditur. Quod & ipsum argumento est, illam graui & insanabili teneri malo. Hæc cum perspicerem, equidem acerbe ferebam, miserebatq; mulieris, ut debui, præter meritum tãto laborantis infortunio. Pater uero ob imperitiam, neq; enim nouit, uel originem mali, quo tenetur, uel causam, uel morbi magnitudinem, iussit uti medicarer, ac simile pharmacum exhiberem, arbitratus idem esse insaniæ genus, eundem morbum, eãdem ægrotationem, quæ similem curandi rationem admitteret. Verum ubi id quod erat uerissimum dico, fieri nullo pacto posse, ut mulier seruetur, fateorq; me morbo imparem esse, indignatur, ac succenset, aitq; me studio detrectare, ac mulierem destituere, mihi crimini uertens artis imbecillitatẽ. Atque huic quidem accidit, quod solet ijs qui dolent. Succensent enim omnes ijs, qui libere uerum loquuntur. Tamen ego sanè pro uiribus illi respõdebo, tum meo ipsius nomine, tum artis. Ac primum quidem à lege sumam initium, per quam hic me parat abdicare, ut intelligat sibi non esse posthac eandem abdicandi facultatem, quæ prius fuit. Neq; enim legislator omnibus, ó pater, istam potestatẽ permittit, neq; uti quoslibet filios, neq; quoties libuerit, abdicet, neq; quibuslibet de causis: uerum quemadmodum patribus concessit, certis de causis irasci, ita prospexit & liberis, ne id immerẽtibus accidat. Eaq; gratia iussit, ne libera esset, ac citra iudiciũ uindicta, sed ad iudices uocat, æstimatores cõstituit, qui neq; per iracundiã, neq; p calumniam, quod iustũ sit iudicent. Nouerat eñ frequenter accidere multis, ut ob causas iniquas ad irã cõmouerentur, hic quidem alicui falsæ calumniæ credens, ille famulo fidẽ habẽs, aut uxori cuipiam inimicæ. Quare noluit rem iniudicatam agi, neque indefensa causa liberos statim capi, uinciq;, uerum & aquam infundit, & ratio redditur, & nihil inexcussum relinquitur. Quandoquidem solum hoc autoritatis datur patri,

ut ad

καὶ ποτ' ἀκούσῃ μόνον κατ' ἐκείνου μάλιστα προσέχουσα. ὅπερ καὶ αὐτὸ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἀνηκέστου ἔχειν δοκεῖ τεκμήριον. ταῦτα ὁρῶν, ἐγὼ μὲν ἠνιώμην, καὶ τὴν γυναῖκα ᾤκτειρα ἀξίαν οὖσαν, καὶ παρὰ τὸ προσῆκον δυστυχοῦσαν. ὁ πατὴρ δὲ ὑπὸ ἰδιωτίας, οὐ γὰρ οἶδεν οὔτε τὴν ἀρχὴν τοῦ κατέχοντος κακοῦ, οὔτε τὴν αἰτίαν, οὔτε τὸ μέτρον τοῦ πάθους, ἐκέλευεν ἰᾶσθαι, καὶ τὸ ὅμοιον ἐγχέαι φάρμακον. ὥσπερ γάρ, ἓν εἶναι μανίας εἶδος, καὶ μίαν τὴν νόσον, καὶ τὰ ἀῤῥωστήματα ταυτόν, καὶ παραπλησίαν τὴν θεραπείαν δεχόμενον. ἐπεὶ δὲ ὅπερ ἀληθέστατον, ἀδύνατον εἶναί φημι σώζεσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ ἡττᾶσθαι ὑπὸ τῆς νόσου ὁμολογῶ, ἀγανακτεῖ καὶ ὀργίζεται, καὶ φησὶν ἑκόντα καθυφίεσθαι, καὶ προδιδόναι τὴν ἄνθρωπον, ἐγκαλῶν ἐμοὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς τέχνης. καὶ πάσχει μὲν σύνηθες τοῖς λυπουμένοις. ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες τοῖς μετὰ παῤῥησίας τἀληθῆ λέγουσιν. πλὴν ἔγωγε ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δικαιολογήσομαι πρὸς αὐτόν, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τῆς τέχνης. καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ νόμου ἄρξομαι, καθ' ὃν οὗτός με ἀποκηρύξαι βούλεται, ἵν' εἰδῇ, οὐκ ἔθ' ὁμοίαν οὖσαν αὐτῷ, νῦν τε καὶ πρότερον τὴν ἐξουσίαν. οὐ γὰρ ἅπασιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης, οὐδὲ πάντας υἱέας, οὐδὲ ὁσάκις ἂν ἐθέλωσιν ἀποκηρύττειν συγκεχώρηκεν, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς πατράσι τὰ τηλικαῦτα ὀργίζεσθαι ἐφῆκεν, οὕτω καὶ τῶν παίδων προὐνόησεν· ὡς μὴ ἀδίκως αὐτὸ πάσχωσι. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐλευθέραν ἐφῆκε γίνεσθαι, οὐδ' ἄκριτον τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' εἰς δικαστήριον ἐκάλεσε, καὶ δοκιμαστὰς ἐκάθισε, τοὺς μήτε πρὸς ὀργήν, μήτε διαβολὴν τὸ δίκαιον κρινοῦντας. ἤδη γὰρ πολλοῖς πολλάκις ἀλόγους αἰτίας ὀργῆς προϊσαμένας. καὶ τὸν μέν, ψευδεῖ τινι διαβολῇ πειθόμενον, τὸν δὲ οἰκέτῃ πιστεύοντα, ἢ γυναικὶ ἐχθρᾷ. οὔκουν ἠθέλησεν ἀδίκαστον γίγνεσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐδ' ἐξ ἐρήμης τοὺς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἐγχεῖται, καὶ λόγος ἀποδίδοται, καὶ ἀνεξέταστον οὐδὲν καταλείπεται. ἐπεὶ τοίνυν ἔξεστι, καὶ τοῦ μὲν ἐγκαλεῖν μόνος ὁ πατὴρ κύριος.

τοῦ κρῖναι

ut ad iudices uocet, uerum iudicãdi autoritas, an merito accu
set, id penes uos, qui iudicio præsidetis. Ac nondum spectate
crimen, quod mihi imponit, cuiusq; gratia nũc indignatur, ue
rum illud prius expendite, nũ posthac illi ius sit abdicandi, qui
semel abdicauerit, iamq; sit usus facultate, quã lex cõcedit, atq;
hanc paternam potestatẽ expleuerit, deinde rursum in familiã
receperit, ac superiorem abdicationem irritam fecerit. Nã ego
certe iniquissimum istud esse dico, ut liberorum quoq; sint in-
finitæ pœnæ, ut multæ condemnationes, ac metus perpetuus,
utq; lex nunc irato inseruiat, mox deinde faciat irritum, quod
actum est, rursum ut eodẽ modo ualeat in summa, ut ius sur-
sum ac deorsum torqueatur, utcunq; patribus pro tempore ui
sum fuerit. Verum initio quidem æquum erat uti concederet
cumq; indignante pariter indignaretur, ac puniendi ius face-
ret ei, qui genuisset. Porrò ubi semel potestatem absumpserit,
ac lege sit abusus, iracundiam expleuerit, post hæc rursum in
familiam receperit, & in hanc opinionem discesserit, ut frugi
putet, in his perseueret necessum est, neq; postea resiliendum,
aut retractanda sententia, neq; rescindendum iudicium. Neq;
enim scire poterat, opinor, is qui natus fuerat, frugi ne, an con
tra esset euasurus. Atq; hanc ob causam permissum est, ut ge-
nere indignos abdicent, quos cũ educabant, cuiusmodi essent
futuri nesciebant. Cæterum ubi non coactus, sed suapte spon-
te atq; autoritate ex sese comprobatum recipit, qua deinde ra
tione possit mutare factum, aut quis legis usus superest? Etenĩ
ipse legislator hunc ad modum tecum egerit. Hic si improbus
erat, dignusq; quẽ abdicares, quid accidit uti reuocares? Cur
denuo in familiam reduxisti? Cur legem irritam fecisti? Nam
liber eras, tibiq; in manu erat ista non facere. Neque enim tibi
concedendum est, ut legibus tuo arbitratu abutaris, utq; iudi-
cia utcunq; mutatus sit animus tuus, eò trahantur. Neque uti
nunc irritentur leges, nunc rursum ualeant, iudices interim te-
stes sedeant, uel ut rectius dicam, ministri tuæ uoluntatis, modo

punientes

τὸ κρῖναι δὲ εἰ εὔλογα αἰτιᾶται, ὑμεῖς οἱ δικάζοντες. αὐτὸ μὲν ὃ μοι ὑπερφέρει καὶ ἐφ' ὃ νῦν ἀγανακτεῖ, μηδέπω σκοπεῖτε. πρότερον δὲ ἐκεῖνο ἐξετάσατε, εἰ ἔτι δοτέον, ἀποκηρύττειν αὐτῷ, ἅπαξ ἀποκηρύξαντι, καὶ χρησαμένῳ τῇ παρὰ τοῦ νόμου ἐξουσίᾳ, καὶ ἀποπληρώσαντι τὴν πατρικὴν ταύτην δυναστείαν, εἶτ' αὖθις ἀναλαβόντι, καὶ λύσαντι τὴν ἀποκήρυξιν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀδικώτατον εἶναί φημι, τὸ τοιοῦτον, ἀπεράντους γενέσθαι καὶ τῶν παίδων τὰς τιμωρίας, καὶ πολλὰς τὰς καταδίκας, καὶ τὸν φόβον ἀΐδιον, καὶ τὸν νόμον, ἄρτι μὲν συνοργίζεσθαι, μετὰ μικρὸν δὲ λύεσθαι, καὶ πάλιν ὁμοίως ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ ὅλως ἄνω καὶ κάτω στρέφεσθαι τὰ δίκαια, πρὸς τὸ ἐπὶ καιροῦ δοκοῦν τοῖς πατράσι. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἄξιον ἐφιέναι, καὶ ἀγανακτοῦντι συναγανακτεῖν, καὶ κύριον τῆς τιμωρίας ποιεῖν τὸν γεγεννηκότα. ἢν δ' ἅπαξ ἀναλώσῃ τὴν ἐξουσίαν καὶ καταχρήσηται τῷ νόμῳ, καὶ ἐμπλησθῇ τῆς ὀργῆς, εἶτα, μετὰ ταῦτα ἀναλάβῃ, χρηστὸν εἶναι μεταπεισθεὶς, ἐπὶ τούτων ἀνάγκη μὲν μένειν, καὶ μηκέτι μεταπηδᾶν, μηδὲ μεταβουλεύεσθαι, μηδὲ μεταποιεῖν τὴν κρίσιν. τοῦ μὲν γὰρ τὸν γεννηθέντα, πονηρὸν ἢ χρηστὸν ἀποβήσεσθαι, οὐκ ἦν οἶμαι γνώρισμα ἦν, διὰ τὸν τοὺς ἀναξίους τοῦ γένους παραιτεῖσθαι συγκεχώρηται, τοῖς ὅτε ἀγνοοῦν ἀναθρεψαμένοις. ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην ἀλλ' ὑπ' ἐξουσίας ἀντός τις ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ δοκιμάσας ἀναλάβῃ, τίς ἔτι μηχανὴ μεταβάλλεσθαι, εἰ τίς ἔτι χρῆσις ὑπόλοιπος τοῦ νόμου; φαίη γὰρ ἂν πρός σε ὁ νομοθέτης, εἰ πονηρὸς οὗτος ἦν, καὶ τοῦ ἀποκηρυχθῆναι ἄξιος, τί παθὼν ἀνεκάλεις; τί δ' αὖθις ἐπανήγες ἐς τὴν οἰκίαν; τί δ' ἔλυες τὸν νόμον; ἐλεύθερος γὰρ ἦσθα, καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν ταῦτα κύριος. οὐ γὰρ δὴ ἐντρυφᾶν σοὶ δοτέον τοῖς νόμοις, οὐδὲ πρὸς τὰς σὰς μεταβολὰς ἀνάγεσθαι τὰ δικαστήρια, οὐδ' ἄρτι μὲν λύεσθαι, ἄρτι δὲ κυρίους εἶναι τοὺς νόμους, καὶ τοὺς δικαστὰς καθῆσθαι μάρτυρας, μᾶλλον δὲ ὑπηρέτας τῶν σοὶ δοκούντων, ὅτε μὲν

punientes,modo absoluentes,quandocunq; tibi uisum fuerit. Semel genuisti,semel educasti,pro his semel item abdicare potes,atq; ita potes,si istud merito facere uidearis: uerum ut hoc fiat sine fine,ut perpetuo,ut frequẽter,ut facile,id uero supra patris ius est. Quare per Iouẽ iudices,ne permittatis huic,ut qui sua sponte receperit,superioris iudicij sententiam irritarit, iram damnarit,rursum ad eãdem prouocet pœnam,& ad patriam recurrat potestatem,cuius tempus iam excessit,euanuitq; priuilegium,nec huic uni quicquam ualens,quippe ante hac consumpta. Etenim illud considerate,quemadmodum in reliquis iudicijs,ubi iudices sortibus ferunt sententiam,si quis perperã pronunciatũ existimat,permittit lex alios adire iudices. Porrò si qui ipsi suapte sponte iudices constituerint,delectisq; arbitris causam cõmiserint,posthac nõ idem licet. Etẽim si quis,quorum sententijs initio stare non cogebatur,hos sponte delegerit,iam æquum est boni consulere quæ statuerint. Itidem sanè tu quoq;,quem antea liberum erat non recipere,nisi dignus maioribus uideretur,hunc si probum arbitratus esse, denuo recepisti,iam deinde non erit abdicandi ius. Siquidem indignum esse in quẽ ista denuo fiant,ipse testatus es,iã de integro frugi filium esse confessus. Itaq; nõ conuenit pœnitere receptionis,sed firma reconciliatio sit oportet,nimirum post toties pronunciatam sententiam,ac rem bis iudicatam,primũ cum abdicares,alterum,cum ipse mutasti consilium,meque in familiam reuocasti,rescissis decretis superioribus,cõfirmas illa quæ postea sunt placita. Proinde perseuera in his quæ proxime statuisti,tuumq; ipsius iudiciũ serua. Pater sis oportet,quãdoquidem id abs te decretum,id probasti,id ratum fecisti. Ego quidem si natura non essem filius,sed adoptatum abdicare uelles,ne tum quidem existimarim tibi licere. Quod enim initio liberum erat non facere,id semel factum,iniquum est rescindere. Porrò eum qui primum natura sit filius,postea iudicio,sentẽtiaq; accersitus,quæso num par est rursum expellere,

κολάζοντας, ὅτε δὲ διαλλάττοντας, ὁπόταν σοι δοκῇ, ἅπαξ γεγέννηκας, ἅπαξ ἀνατέθροφας, ἅπαξ καὶ τὸ ἀποκηρύττειν ἀντὶ τούτων ἔχεις. καὶ τότε ἢν δικαίως αὐτὸ ποιεῖν δοκῇς, τὸ δ' ἄπαυστον τοῦτο καὶ ἀΐδιον, καὶ πολὺ ῥᾴδιον, μεῖζον ἤδη τῆς πατρικῆς ἐστιν ἐξουσίας. μὴ δὴ πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες δικασταί, συγχωρήσητε αὐτῷ ἑκούσιον τὴν ἀνάληψιν πεποιημένῳ, καὶ λύσαντι τὴν γνῶσιν τοῦ πάλαι δικαστηρίου, καὶ ἀκυρώσαντι τὴν ὀργήν, αὖθις ἐπὶ τὴν αὐτὴν τιμωρίαν ἀνακαλεῖν, καὶ ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν πατρικὴν ἀνατρέχειν, ἧς ἔξωρος ἤδη καὶ ἕωλος ἡ προθεσμία, καὶ μόνῳ τούτῳ ἄκυρος, καὶ προσδεδαπανημένη. ὁρᾶτε γάρ που καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ὡς ἀπὸ μὲν τῶν κλήρῳ λαχόντων δικαστῶν, ἤν τις ἄδικον οἴηται δεδικάσθαι τὴν κρίσιν, δίδωσιν ὁ νόμος, ἐς ἕτερον ἐφεῖναι δικαστήριον. ἢν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ συνθῶνται δικαστάς, καὶ προελόμενοι ἐπιτρέψωσι δίαιταν, οὐκ ἔτι. οἷς γὰρ ἐξῆν, μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμμένειν, εἰ τούτους τις αὐθαίρετος εἵλετο, στέργειν ἐστὶ δίκαιος τοῖς ἐγνωσμένοις. οὕτω δὴ καὶ σύ, ὃν ἐξῆν, μηκέτ' ἀναλαμβάνειν, εἰ μὴ ἂν ἄξιος ἐδόκει του γένους, τοῦτον εἰ χρηστὸν ἡγησάμενος εἶναι πάλιν ἀνείληφας, οὐκ ἔτ' ἀποκηρύττειν ἔχεις. ὅτι γὰρ, οὐκ ἄξιος αὖθις παθεῖν ταῦτα, ὑπ' αὐτοῦ σοῦ μεμαρτύρηται, καὶ χρηστὸς ἤδη ἀνωμολόγηται. ἀμετανόητον οὖν τὴν ἀνάληψιν καὶ τὴν διαλλαγὴν βέβαιον εἶναι προσήκει, μετὰ κρίσιν οὕτω πολλήν, καὶ δύο δικαστήρια. ἓν μὲν τὸ πρῶτον, ἐφ' οὗ ἀπεκήρυξας, δεύτερον δὲ τὸ σόν, ὅτε μετεβουλεύσω, καὶ ἀνάστατον ἐποίησας τὰ πρότερον ἐγνωσμένα λύσας, βεβαιοῖς τὰ μετ' ἐκεῖνα βεβουλευμένα. μένε τοίνυν ἐπὶ τῶν τελευταίων, καὶ φύλαττε τὴν σαυτοῦ κρίσιν, πατέρα σε εἶναι δεῖ. τοῦτο γὰρ ἔδοξέ σοι, τοῦτ' ἐδοκίμασας, τοῦτ' ἐκύρωσας. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ εἰ μὴ φύσει παῖς ἦν, θέμενος δὲ ἀποκηρύττειν ἤθελες, ἐξεῖναι ἄν σοι ᾤμην. ὃ γὰρ τὴν ἀρχὴν ποιεῖν δυνατὸν ἦν, τοῦτ' ἄδικον λύειν ἅπαξ γενόμενον. τὸν δὲ καὶ φύσει, καὶ αὖθις προαιρέσει, καὶ γνώμῃ εἰσπεποιημένον, πῶς εὔλογον αὖ ἀπωθεῖσθαι,

& eadem familiaritate priuare sæpius? Age quid si forte seruus essem, ac tu quidem primum improbum esse ratus, in uincula coniecisses, deinde ubi cognitum est me nihil peccasse, manumisisses, num tibi liceret, utcunq; contigerit irasci, rursus in eãdem reuocare seruitutem? Minime liceret. Istiusmodi igitur acta, leges firma uolunt esse, ac perpetuo ualere. Ergo cum pluribus etiam argumentis docere possim, nõ esse ius huic abdicare denuo, quem semel abdicatum, sponte sua receperit, tamen finem faciam. Nunc spectate cuiusmodi filium parat abdicare. Atq; illud nondum dicam, me tum imperitum abdicatum fuisse, nunc abdicari medicum: nihil enim mihi in hac causa suffragetur ars, tum iuuenem, nunc ætate prouectũ, ut ætas etiam ipsa fidem faciat, me nihil peccasse. Nam leue fortassis hoc quoq;, uerum tum quidem, etiamsi nullo commisso peccato, ut ego quidẽ dixerim, sed nec benemeritus, alienabar à familia. Nunc porrò cum nuper salutem dederim, ac beneficus extiterim, exigor. Quare qd fieri potest ingratius? ut mea seruatus opera, tantoq; elapsus à discrimine, protinus sanationẽ illam huiusmodi factis penset, nulla meritorum habita ratiõe, sed usqueadeo facile mandarit obliuioni, atq; in solitudinem abigat eum, qui iure sit obsecutus, cum præter ius eijceretur, neq; solum non meminerit iniuriæ, uerumetiam & salutem attulerit, & sanæ menti restituerit? Neq; enim exiguo iudices, neq; uulgari in hunc collato beneficio, tamen huiusmodi malis nũc uideor dignus. Porrò quanquam hic ignorat, quo in statu tunc fuerit, uos tamen omnes nostis, quid facientem hunc, simul & patientem, & quibus affectum modis, ego curandum susceperim, ac medicis reliquis desperantibus, fugiẽtibus familiaribus, nec propius accedere audentibus, talem reddidi, ut etiam accusare possit, ut de legibus differere. Quin magis si exemplum quæris pater, cum propemodum talis esses, qualis nunc est uxor, ad pristinam sanitatem reuocaui. Quare non est æquum, ut pro his officijs, huiusmodi mihi gratia reponat; utq; in

καὶ πολλάκις τῆς μιᾶς οἰκειότητος ἀποστερεῖν; εἰ δ' οἰκέτης ὢν ἐτύγχα
νον, καὶ τὸν μὲν πρῶτον πονηρὸν οἰόμενος ἐπέδησας, μεταπεισθεὶς δὲ ὡς οὐ
δὲν ἠδικοῦν, ἐλεύθερον ἀφῆκας εἶναι, ἆρ' ἂν σοὶ πρὸς καιρὸν ὀργισθέν
τι, αὖθις ἐξῆν ἐς τὴν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; οὐδαμῶς. τὰ γὰρ τοιαῦ
τα, βέβαια καὶ διὰ παντὸς κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν. ὑπὲρ μὲν
οὖν τοῦ μηκέτ' ἐξεῖναι τούτῳ ἀποκηρύττειν ὃν ἅπαξ ἀποκηρύξας, ἑκὼν
ἀνέλαβεν. ἔτι πολλὰ εἰπεῖν ἔχων, ὅμως παύσομαι. σκέψασθε δὲ ἤ
δη ὅντιν' ὄντα, καὶ ἀποκηρύξει με. καὶ οὐδέπω τοῦτό φημι, ὡς τότε μὲν ἰδι
ώτην, νῦν δ' ἰατρόν. οὐδὲν γὰρ ἂν πρὸς τοῦτο ἡ τέχνη συναγωνίσαιτο, οὐδ' ὅτι
τότε μὲν νέον, νῦν δ' ἤδη καὶ προβεβηκότα, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ μηδὲν ἀδικῆσαι
ἂν παρὰ τῆς ἡλικίας ἔχοντα. μικρὸν γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τότε μὲν εἰ καὶ
μηδὲν ἠδικημένος ὡς ἂν ἔγωγε φαίην, ἀλλ' οὐδ' εὖ πεπονθώς, ἀπήλαυνε
τῆς οἰκίας, νῦν δὲ σωτῆρα ἔναγχος, καὶ εὐεργέτην γεγενημένον. οὗ τί γέ
νοιτ' ἂν ἀχαριστότερον, σωθέντα δι' ἐμὲ, καὶ τηλικοῦτον κίνδυνον διαπε
φευγότα, τοῖς τοιούτοις εὐθὺς ἀμείβεσθαι, τῆς θεραπείας ἐκείνης οὐδένα λό
γον ἔχοντα, ἀλλ' οὕτω ῥᾳδίως ἐπιλελῆσθαι, καὶ ἐπὶ τὴν ἐρημίαν ἐλαύ
νειν, τὸν ἐφησθέντ' ἂν δικαίως ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐξεβέβλητο, μὴ μόνον δ'
οὐ μνησικακήσαντα, ἀλλὰ καὶ σώσαντα καὶ σωφρονεῖν παρασκευάσαντα. οὐ
μικρὸν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδὲ τὸ τυχὸν εὖ πεποιηκὼς αὐτὸν, ὅμως τὰ τοι
αῦτα νῦν ἀξιοῦμαι. ἀλλ' εἰ καὶ οὗτος ἀγνοεῖ τὰ τότε, πάντες ὑμεῖς ἴστε, οἷα
ποιοῦντα αὐτὸν, καὶ πάσχοντα, καὶ ὅπως διακείμενον ἐγὼ παραλαβὼν, τῶν μὲν ἄλ
λων ἰατρῶν ἀπεγνωκότων, τῶν δ' οἰκείων φευγόντων, καὶ μηδὲ πλησίον προ
σιέναι τολμώντων, τοιοῦτον ἀπέφηνα, ὡς καὶ κατηγορεῖν δύνασθαι, καὶ περὶ
τῶν νόμων διαλέγεσθαι. μᾶλλον δὲ ὁρᾷς, ὦ πάτερ, τὸ παράδειγμα, τοιοῦτον
ὄντα σε παρ' ὀλίγον οἷα νῦν ἡ γυνή ἐστι, πρὸς τὴν ἀρχαίαν φρόνησιν ἐπα
νήγαγον. οὐ δίκαιον οὖν ταύτην μοι γενέσθαι ἀντ' ἐκείνων τὴν ἀμοιβήν.

utq; in me unum tantummodo sanus sis. Etenim te non mediocribus à me beneficijs affectum esse, uel ex his ipsis, liquet quibus me criminaris. Nam quem ob hoc odio persequeris, quod uxorem extremo laborantem periculo, grauissimeq; affectam non sanem, qui fit, ut eundem non multo potius charissimum habeas, quum simili morbo liberarim, non gratias agas, tam acerbis ereptus malis? At tu, quod quidem est ingratissimum, simulatq; ad te redisti, protinus in ius trahis: salute donatus, punis, & ad uetus recurris odium, eandem recitas legem. Egregiam igitur mercedem persoluis arti, dignamq; pro remedijs refers gratiam, qui quidem aduersus medicum tantum sanus es. Vos autem iudices, huic concedetis, ut de bene merito pœnas sumat, ut salutis autorem expellat, ut eum qui sanitati restituerit, oderit, ut per quē reuixit, ulciscatur? Haud profecto concedetis, siquidem quod æquum est, facietis. Etenim si maximum aliquod flagitium in præsentia cōmisissem, tamen superioris beneficij nomine, non mediocriter mihi debebat: cuius respectu, memoriaq; conueniebat hunc præsentem iniuriam negligere, & ob illa priora facile ignoscere: maxime si tam ingens sit beneficium, ut omnia superet, quæ postea possint accidere. Quod equidem mihi in hunc competere puto, quem seruaui, qui mihi totius uitæ debitor est: cui præstiti ut sit, ut sapiat, ut intelligat: præsertim cum cæteri omnes iam desperarent, seq; morbo impares esse faterentur. Nam & illud opinor, ad meriti mei cumulū accedit, quod cum id temporis filius nō essem, cū nihil esset causæ, quæ me cogeret curationē suscipere, uerum cū liber essem, atq; alienus, à naturali causa solutus, tamē haud dissimulaui, sed ultroneus, inuocatus, iniussus adij, succurri, adnisus sum, sanaui, restitui, meū ipsius patrē seruaui, de abdicatiōe me purgaui, irā beneuolētia sedaui, legē pietate sustuli, magnoq; beneficio reditū in familiam emi, atq; in tempore adeo periculoso fidem erga patrem demonstraui,

meq; ipsum

ὅτι κατ' ἐμοῦ σε μόνον σωφρονεῖν, ὅτι γὰρ μὴ μικρὰ ὑπ' ἐμοῦ εὐεργέτησαι, ἀπ' αὐτῶν, ὧν ἐγκαλεῖς δῆλόν ἐστιν. ὅς γὰρ ὡς τὴν ἑκάστοτε οὖσαν τὴν γυναῖκα, καὶ παμπονήρως ἔχουσαν, οὐκ ἴσμεν μισεῖς, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον, ὅτι σε τῶν ὁμοίων ἀπήλλαξα, ὑπεραγαπᾷς, καὶ χάριν ὁμολογεῖς, τῶν οὕτω δεινῶν ἀπηλλαγμένος; σὺ δὲ ὑπὲρ ἀγνωμονέστατον σωφρονήσας εὐθὺς ἐς δικαστήριον ἄγεις, καὶ σεσωσμένος, κολάζεις· καὶ ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο μῖσος ἀναστρέφεις, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγινώσκεις νόμον. καλόν γε τὸν μισθὸν ἀποδίδως τῇ τέχνῃ, καὶ ἀξίας ἀμοιβὰς τῶν φαρμάκων, ἐπεὶ τὸν ἰατρὸν ὑγιαίνων μόνον. ὑμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν εὐεργέτην τοῦτον κολάζειν ἐπιτρέψετε, καὶ τὸν σώσαντα ἐξελαύνειν, καὶ τὸν σωφρονήσαντα μισεῖν, καὶ τὸν ἀναστήσαντα τιμωρεῖσθαι, οὐκ, ἤν γε τὰ δίκαια ποιῆτε. καὶ γὰρ εἰ τὰ μέγιστα νῦν ἁμαρτάνων ἐτύγχανον, ἦν μοί τις οὐ μικρά, προοφειλομένη χάρις ἐς ἣν ἀποβλέποντα τοῦτον, καὶ ἧς μεμνημένον καλῶς εἶχε. τῶν μὲν παρόντων καταφρονεῖν, δι' ἐκεῖνα δὲ πρόχειρον τὴν συγγνώμην ἔχειν, καὶ μάλιστα εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία τυγχάνει, ὡς πάντα ὑπεραίρειν τὰ μετὰ ταῦτα, ὅπερ οἶμαι κἀμοὶ πρὸς τοῦτον ὑπάρχειν, ὃν ἔσωσα. καὶ ὃς τοῦ βίου παντὸς, χρεώστης ἐστί μοι, καὶ ᾧ τὸ εἶναι καὶ σωφρονεῖν, καὶ τὸ συνιέναι παρέσχημαι, καὶ μάλιστα ὅτε οἱ ἄλλοι πάντες ἤδη ἀπεγνώκεσαν, καὶ ἡττᾶσθαι ὡμολόγουν τῆς νόσου. τοῦτο δὲ μεῖζον οἶμαι ποιεῖν τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν, ὡς οὔτε υἱὸς ὢν τότε, οὔτε τι ἀναγκαίαν τῆς θεραπείας ἔχων αἰτίαν, ἀλλ' ἐλεύθερος καθεστώς, καὶ ἀλλότριος, τῆς φυσικῆς αἰτίας ἀφειμένος. ὅμως οὐ περιεῖδον, ἀλλ' ἐθελοντής, ἄκλητος, αὐτεπάγγελτος ἧκον, ἐβοήθησα, προσελιπάρησα, ἰασάμην, ἀνέστησα. καὶ τὸν πατέρα ἐμαυτῷ διεφύλαξα, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀποκηρύξεως ἀπελογησάμην, καὶ τῇ εὐνοίᾳ τὴν ὀργὴν ἔπαυσα, καὶ τὸν νόμον ἔλυσα, τῇ φιλοστοργίᾳ, καὶ μεγάλης εὐεργεσίας, τὴν ἐς τὸ γένος ἐπάνοδον ἐπριάμην, καὶ ἐν οὕτως ἐπισφαλεῖ καιρῷ τὴν πρὸς τὸν πατέρα πίστιν ἐπεδειξάμην.

καὶ μετὰ

meq; ipsum artis auxilio insinuaui, ac tristibus in rebus legiti mus filius apparui. Quàm multa enim me fuisse passum arbitramini, quantum & exhausisse laborum? dum adsideo, dũ ob seruio, dum opportunitates capto, nunc cedẽs patris uehemẽtiæ, nunc artem admouens ad breue tempus concedente morbo. Est autem hoc omnium quæ sunt in arte medicorum periculosissimũ, huiusmodi medicari, ac propius accedere ad hos, qui ad eum sunt affecti modum. Fit enim non raro, ut exæstu ante malo, rabiem in proximos exerceant. Me tamẽ nihil horum piguit, neq; grauatus sum, uerum aderam, modis omnibus cum morbo luctans postremo superaui pharmaco. Ne uero quisquam hoc audito, protinus apud se cogitet: Quis aut quantus labor miscere pharmacũ. Etenim multa prius sunt facienda, præstruenda uia dando pharmaco, præparandum corpus, quo facilius recipiat medicationem, deq; omni corporis habitu sollicitus sit medicus oportet, inaniens, extenuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod conducit, somnos accersendi rationes excogitãs, solitudines arte reperiẽs. Quibus in rebus ægroti cæteri facile pareant. At qui laborant insania, ob animi libertatem intractabiles sunt, ac gubernatu difficiles, ipsiq; medico periculosi, neq; qui facile cura expugnentur. Proinde sæpenumero cum effecerimus, ut iam speremus proxime adesse morbi finem, leue aliquod erratum incidens, renouato malo, cuncta illa superiora facile subuertit, curationem impedit, artem fallit. Eum igitur qui hæc omnia sustinuerit, qui cum morbo tam graui sit luctatus, qui malum malorum omniũ expugnatu difficillimũ uicerit, huic ut iterũ abdicet permittetis, utq; leges in benemeritũ interpretetur suo arbitratu cõcedetis atq; eũ cũ ipsa natura bellũ gerere sinetis? Ego naturæ parens iudices, patrẽ mihi ipsi seruo, custodio q;, etiã si hic qdẽ iniuria me afficiat. Quod si filiũ benemeritũ, leges, ut ait, secutus, pdit, & à familia alienat, hic nimirũ liberorũ osor erit. Ego pius i patrẽ, ego naturã ãplector. Iste naturã cõtẽnit, fasq; & ius uiolat.

O patrẽ

καὶ μετὰ τῆς τέχνης ἐμαυτὸν εἰσεποίησα, καὶ γνήσιος υἱὸς ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνεφάνην. πόσα γὰρ οἴεσθε παθεῖν με; πόσα κάμνειν παρόντα; ὑπηρετοῦντα, καιροφυλακτοῦντα; νῦν μὲν εἴκοντα τῇ τοῦ πάθους ἀκμῇ, νῦν δὲ τὴν τέχνην ἐπάγοντα, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ. ἔστι δὲ τῶν ὄντων ἁπάντων τούτων ἐν τῇ ἰατρικῇ τὸ ἐπισφαλέστατον, τοὺς τοιούτους ἰᾶσθαι, καὶ πλησιάσαι οὕτω διακειμένοις. ἐς γὰρ τοὺς πλησίον πολλάκις ἀφιᾶσι τὴν λύτταν, ὑπερζέοντος τοῦ πάθους. καὶ ὅμως πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπώκνησα, οὐδ᾽ ἀπεδειλίασα, συνὼν δὲ καὶ πάντα τρόπον ἀντεξεταζόμενος τῇ νόσῳ, τὸ τελευταῖον ἐκράτησα τῷ φαρμάκῳ. μὴ γὰρ τοῦτ᾽ ἀκούσας εὐθέως ὑπολάβοι τις. ποῖος δὲ ἢ πόσος ὁ κάματος ἐγχέαι φάρμακον. πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γενέσθαι δεῖ, καὶ προοδοποιῆσαι τῇ πόσει, καὶ προπαρασκευάσαι ῥᾴδιον ἐς ἴασιν τὸ σῶμα, καὶ τῆς ἁπάσης ἕξεως φροντίσαι, κενοῦντα, καὶ ἰσχναίνοντα, καὶ οἷς χρὴ τρέφοντα, καὶ κινοῦντα ἐς ὅσον χρήσιμον, καὶ ὕπνους ἐπινοοῦντα, καὶ ἠρεμίας μηχανώμενον. ἅπερ οἱ μὲν ἄλλο τι νοσοῦντες, ῥᾳδίως πειθεῖεν ἄν, οἱ μεμηνότες δὲ, διὰ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ νοῦ, δυσάγωγοι καὶ δυσήνιοχοι, καὶ τῷ ἰατρῷ ἐπισφαλεῖς, καὶ τῇ θεραπείᾳ δυσκαταγώνιστοι. ὅταν γοῦν πολλάκις πλησιάσωμεν, ἤδη πλησίον γενέσθαι τοῦ τέλους, καὶ ἐλπίσωμεν, ἐμπεσὸν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπακμάσαντος τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥᾳδίως ἐκεῖνα ἀνέτρεψε, καὶ ἀνεπόδισε τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε. τὸν οὖν ταῦτα πάντα ὑπομεμενηκότα, καὶ οὕτω χαλεπῷ νοσήματι προσπαλαίσαντα, καὶ πάθος ἁπάντων παθῶν τὸ δυσαλωτότατον νενικηκότα, ἔτι τούτῳ ἀποκηρύττειν ἐπιτρέψετε, καὶ τοὺς νόμους ὡς βούλεται ἑρμηνεύειν κατ᾽ εὐεργέτου συγχωρήσετε, καὶ τῇ φύσει πολεμεῖν αὐτὸν ἐάσετε; ἐγὼ τῇ φύσει πειθόμενος σώζω καὶ διαφυλάττω, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν πατέρα ἐμαυτοῦ, κἂν ἀδικῇ οὗτος. ὁ δὲ τὸν εὐεργετηκότα παῖδα τοῖς νόμοις, ὥς φησιν, ἀκολουθῶν διαφθείρει, καὶ τοῦ γένους ἀποστερεῖ μισόπαις οὗτος, ἐγὼ φιλοπάτωρ γίνομαι, ἐγὼ τὴν φύσιν ἀσπάζομαι, οὗτος τὰ τῆς φύσεως παρορᾷ, καὶ καθυβρίζει δίκαια.

O patrem iniuste prosequentem odio. O filium iniustius amãtem. Nam mihi ipsi uitio uerto, patre compellente, quod odio habitus, cum præter causam amo, & magis amo quàm oportéat. Atqui natura comparatum est, ut patres liberos amẽt magis, quàm liberi parentes. Verum hic studio tum leges cõtemnit, quæ filios nihil commeritos familiæ seruant, tum naturam quæ parentes ad uehemens natorum desiderium incitat. Nõ solum enim cum plures habeat in me beneuolẽtiæ causas, maiorem, uti debebat, beneuolentiam non adiungit atque addit, aut quod est minus, me saltem imitatur, meumqꝫ æmulatur amorem. Sed ó calamitatem, quin insuper odit amantem, charitate prosequentem expellit, benemerentem lædit, complectẽtem abdicat, legesqꝫ liberis fauentes, ceu liberis infensas, in me torquere conatur. O bellum, quod contra naturam legibus moues pater. Non sunt ista, non sunt, inquam, quemadmodum tu uis, leges bene conditas, male interpretaris pater. Non pugnat natura cum lege, in his quæ ad beneuolentiam pertinent. Hic inter sese consentiunt, & altera utriqꝫ auxilio est ad delendas iniurias. Contumelia afficis benemeritum. Offendis naturam. Cur legibus quoqꝫ simul cum natura facis iniuriã? Quæ cum honestæ, iustæ, liberorum amantes esse cupiant, nõ pateris esse, quippe quas aduersus unum filium, tanqꝫ aduersus multos sæpius tentes. Nec finis in suppliciis quietem inuenire, quæ uelint in beneuolentia liberorum erga parentes conquiescere: quanquam alioqui ne positas quidẽ aduersus eos, qui nihil peccarint. At sanè leges ingratitudinis actionem concedunt in eos, qui benemeritis non retulerint gratiam. Atqui non solum nõ refert gratiam, uerumetiam punire conatur ob ea ipsa quibus adiutus est beneficio. Cõsiderate num quicquã facere possit iniquius? Itaqꝫ non posse hunc iam abdicare denuo, qui paternam potestatẽ semel expleuerit, ac lege sit usus: præterea non esse æquum, eum qui tanta præstiterit beneficia, expellere, familiaqꝫ exigere, satis opinor, demonstratum.

Nunc

ἢ πατρὸς μισοῦντος ἀδίκως, ὢ παιδὸς φιλοῦντος ἀδικώτερον. ἐγκαλῶ δὲ ἐμαυτῷ τοῦ πατρὸς ἀναγκάζοντος, ὅτι μισούμενος οὐ δέον με φιλῶ, καὶ φιλῶ πλέον, ἢ προσῆκε. καίτοι γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον, ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν. ἀλλ' οὗτος ἑκὼν καὶ τοὺς νόμους περιορᾷ, οἱ τοὺς οὐδὲν ἀδικηκότας παῖδας τῷ γένει φυλάττουσι, καὶ τὴν φύσιν, ἣ τοὺς γεννήσαντας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν γεγεννημένων πολὺν, οὐχ' ὅπως μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ, μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας εἰσφέρει, καὶ ἐπιδίδωσιν. ἢ τό γε ἔλαττον ἐμὲ μιμεῖται, καὶ ζηλοῖ τοῦ φίλτρου; ἀλλ' οἴμοι τῆς συμφορᾶς, προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα, καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει, καὶ εὐεργετοῦντα ἀδικεῖ, καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύττει, καὶ τοὺς φιλόπαιδας νόμους ὡς μισόπαιδας κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται. ὢ μάχης ἣν ἐστάσιας πάτερ τοῖς νόμοις μετὰ τῆς φύσεως. οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν ὡς θέλεις. κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς κειμένους τοὺς νόμους. οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἐν ταῖς εὐνοίαις, ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις ἐνταῦθα, καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. ὑβρίζεις τὸν εὐεργέτην, ἀδικεῖς τὴν φύσιν. τί καὶ τοὺς νόμους συναδικεῖς τῇ φύσει; οὓς καλοὺς καὶ δικαίους, καὶ φιλόπαιδας εἶναι θέλοντας, οὐ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς κατὰ πολλῶν κινῶν πολλάκις, καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐῶν ἐν ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαις ἡσυχάζειν ἐθέλοντας. καί τοι γε ἐπὶ τοῖς μηδὲν ἡμαρτηκόσι μηδὲ κειμένους. καὶ μὴν οἱ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων. ὁ δὲ πρὸς τῷ μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς οἷς εὖ πέπονθε κολάζειν ἀξιῶν, σκέψασθε εἴ τινα ὑπερβολὴν ἀδικίας ἀπολέλοιπεν. ὡς μὲν οὖν οὔτε ἀποκηρύττειν ἔτι τούτῳ ἔξεστιν, ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀποπληρώσαντι, καὶ χρησαμένῳ τοῖς νόμοις, οὔτε ἄλλως δίκαιον εὐεργέτην ἐς τὰ τηλικαῦτα γεγενημένον ἀπωθεῖσθαι, καὶ τῆς οἰκίας ἐξαιτεῖσθαι, ἱκανῶς οἶμαι δέδεικται.

Nunc autem ad ipsam abdicationis causam ueniamus, & crimen cuiusmodi sit expendamus. At rursum ad mentem eius qui legem condidit, recurramus necesse est. Etenim ut istud tibi donemus ad breue tempus licere, quotiensc unq; uelis abdicare, utq; præterea potestatem istam tibi largiamur, etiã aduersus benemeritum, haud tamẽ simpliciter, opinor, neq; quibuslibet de causis abdicabis. Neq; hoc dicit legis conditor. Quicquid utcunq; criminatus fuerit pater abdicato, ut satis sit tantum uoluisse queri. Nam si id esset, quid opus erat iudicio? Verum uos istud expendere iubet iudices, num grauibus ac iustis de causis irascatur pater, nec ne. Hoc igitur in præsentia cõsiderate. Exordiar autem ab ijs, quæ protinus huius insaniã sunt consecuta. Iam primum omniũ quod feci sanæ mẽti redditus, illud erat. Rescidit abdicationẽ. Ego seruator, beneficus, breuiter omĩa eram. In his nisi fallor, nihil adhuc esse poterat, quod cum crimine uideretur esse coniunctum. Deinde quid est omnium quod accusat? Quod obsequium, quam curam filio dignam prætermisi? Quando foris cubui? quas intempestiuas potationes, quas comessationes obijcis? Qui luxus? Quis leno pulsatus est? Quis accusauit? Nemo pfecto. Atq; hæc sunt, ob quæ præcipue lex permittit abdicare. Cæterum cœpit ægrotare nouerca. Quid istud mihi uertis crimini? mortis q; pœnam à me reposcis? Non reposco, inquit. Sed quid? Quod eam curare iussus recusas, ob hoc dignus fueris qui abdiceris, quippe immorigerus patri. Ast ego quidem cuiusmodi sint ista quæ iubet, in quibus quia non possim obsequi, uideor immorigerus, paulisper differemus. Sed illud prius in totum dico. Neque lex huic concedit, ut quiduis imperet, neque mihi necesse est in omnibus omnino parere. Quædam enim mandata sunt huiusmodi, ut si non parueris, non sis obnoxius pœnæ, quædam id genus, ut nisi obtemperaris, ira, supplicioq; sis dignus, ueluti si ægrotes ipse, & ego non curem. Si quid rerũ domesticarũ curandũ sit, & ego negligã.

ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν ἔλθωμεν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ τὸ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν, ὁποῖόν ἐστιν. ἀνάγκη δὲ αὖθις ἐπὶ τὴν γνώμην ἀναδραμεῖν τοῦ νομοθέτου. ἵνα γάρ σοι τοῦτο πρὸς ὀλίγον δῶμεν τὸ ἐξεῖναι ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς ἀποκηρύττειν, καὶ κατά γε τοῦ εὐεργέτου προσέτι τὴν ἐξουσίαν ταύτην συγχωρήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς οἶμαι, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις, οὐδὲ τοῦτο δ' ὁ νομοθέτης φησίν, ὅτι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω, καὶ ἀπόχρη θελῆσαι μόνον καὶ μέμψασθαι. τί γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' ὑμᾶς ποιεῖ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, σκοπεῖν, εἴτ' ἐπὶ μεγάλοις καὶ δικαίοις ὁ πατὴρ ὀργίζεται, εἴτε καὶ μή. οὐκοῦν τοῦτο ἤδη, ἐξετάσατε. ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν μανίαν εὐθύς. τὰ μὲν δὴ πρῶτα τοῦ σωφρονοῦντος τοῦ πατρὸς λύσις ἦν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ σωτὴρ καὶ εὐεργέτης, καὶ πάντα ἦν ἐγώ, καὶ οὐδὲν οἶμαι τούτοις ἔγκλημα προσεῖναι ἐδύνατο. τὰ μετὰ ταῦτα δὲ τί τῶν πάντων αἰτιᾷ; τίνα θεραπείαν; τίνα ἐπιμέλειαν οὐ παρῆκα; πότε ἀπόκοιτος ἐγενόμην; τίνας πότους ἀκαίρους, τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτεία, τίς πορνοβοσκὸς ὕβρισαι; τίς ᾐτιάσατο; οὐδὲ εἷς; καὶ μὴν ταῦτά ἐστιν, ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν. ἀλλὰ νοσεῖν ἤρξατο ἡ μητρυιά; τί οὖν ἐμοὶ τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἢ νόσου δίκην ἀπαιτεῖς; οὔ φησιν. ἀλλὰ τί; ὅτι θεραπεύειν προσταττόμενος οὐ θέλεις, καὶ διὰ τοῦτο ἂν ἄξιος εἴης ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν οἷα προστάττοντι αὐτῷ, ὑπακούειν οὐ δυνάμενος ἀπειθεῖν δοκῶ, πρὸς ὀλίγον ὑπερθήσομαι. πρότερον δ' ἁπλῶς ἐκεῖνό φημι, ὡς οὐ πάντα προστάττειν, οὔτε τούτῳ δίδωσιν ὁ νόμος, οὔτε μοι τὸ πείθεσθαι πᾶσι πάντως ἀναγκαῖον. τῶν δ' οὖν τις τῶν προσταγμάτων τὰ μὲν ἀνεύθυνά ἐστι, τὰ δὲ ὀργῆς καὶ τιμωρίας ἄξια. ἐὰν νοσῇς αὐτός, ἐγὼ δὲ ἀμελῶ, ἐὰν τοῦ κατ' οἶκον ἐπιμελεῖσθαι, ἐγὼ δ' ὀλιγωρῶ,

Si quid rem rusticam curandam mandes,atque ego recusem.
Hæc omnia atque id genus alia, probabiles adferunt causas
paternæ querelæ. Porrò cætera nostri sunt arbitrij, nempe
quæ ad artes,& artium usum pertinent: Maxime si nulla in re
fiat iniuria patri. Iam si cui pictori præcipiat pater: Hæc pinge
fili, illa nequaquam: Rursum musico, hanc pulsa harmoniam,
illam ne pulsa: Tum fabro ærario: ista cude, illa ne cude: num
quisquam hunc patietur abdicare filium propterea, quod nõ
ex ipsius arbitrio artem exerceat? Nemo opinor. Atqui me-
dendi ars, quanto est honoratior, uitæque conducibilior, tan-
to conuenit esse liberiores qui hac utuntur, ac iustum est, ut
ars aliquo gaudeat priuilegio in exercendi facultate, ut ne-
que cogatur usquam, neque ferat imperium, res sacra, deo-
rum doctrina, uirorum eruditorum cura. Neq; in seruitutem
trahatur legis: neq; timori, pœnisq; tribunalium, neq; calculis,
ac patris minis, & indocti hominis iræ sit obnoxia. Proinde si
tibi palàm ac simpliciter ad hunc modum respondissem: No-
lo curare cum possim, sed artem soli mihi didici, ac patri, cæte
ris omnibus imperitus esse uolo, quis est tyrannus usq; adeo
ferox, ut cogat etiam nolentem uti arte? Siquidem istiusmodi
officia blanditijs, precibusq;, ni fallor, non legibus, ira, iudicijs,
cõuenit elicere. Persuadere medico oportet, nõ iubere, ut ue-
lit non ut metuat: neq; ad sanandũ adigendus est, sed ultro ac
lubens accedat oportet, immunis à compulsione patris. Immu
nis est ars ipsa, quandoquidem ciuitates quoq; publicitus ho-
nores, præminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuũt.
Hæc igitur in genere poteram artis nomine respondere, etiã
si tu me illam docuisses. Si multum studij, multum pecuniarũ
insumpsisses, ut discerem, & unam hanc curationẽ, etiãsi eius-
modi esset, ut præstare possem, recusassem. Nunc illud cogita,
quàm rem modis omnibus ingratã & iniquã facias, qui nõ si-
nas me, à meipso mihi partis libere uti. Hanc ego artem tum
cũ nõ essem filius tuus, perdidici, neq; tuis subiectus legibus.

Atq; hanc

ἐᾶν τὰ κατ' ἀγρὸν ἐπισκοπεῖν προστάττῃς, ἐγὼ δὲ ὀκνῶ. πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εὐλόγους ἔχει τὰς προφάσεις, καὶ τὰς μέμψεις πατρικάς, τὰ δ' ἄλλα ἐφ' ὑμῖν ἐστι τοῖς παισίν, ὅσα τῆς τέχνης καὶ τῆς τούτων χρήσεως, καὶ μάλιστα, εἰ μηδὲν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀδικεῖται. ἐπεί τοι ἂν τῷ γραφεῖ ὁ πατὴρ προστάττῃ ταῦτα μὲν τέκνον γράφε, ταυτὶ δὲ μή, καὶ τῷ μουσικῷ, τήνδε μὲν τὴν ἁρμονίαν κροῦε, τήνδε δὲ μή, καὶ τῷ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μὲν χάλκευε, τοιαῦτα δὲ μή, ἆρα ἄν τις ἀνάσχοιτο ἀποκηρύττοντα, ὅτι μὴ κατὰ τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα ὁ παῖς χρῆται τῇ τέχνῃ; οὐδὲ εἷς οἶμαι. τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι καὶ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσούτῳ καὶ ἐλευθεριώτερον εἶναι προσήκει τοῖς χρωμένοις. καί τινα προνομίαν ἔχειν τὴν τέχνην δίκαιον τῇ ἐξουσίᾳ τῆς χρήσεως, ἀναγκάζεσθαι δὲ μηδέν, μηδὲ προστάττεσθαι πρᾶγμα ἱερὸν καὶ θεῶν παίδευμα, καὶ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα, μηδὲ ὑπὸ δουλείαν γενέσθαι νόμου, μηδὲ ὑπὸ φόβον καὶ τιμωρίαν δικαστηρίου, μηδὲ ὑπὸ ψῆφον, καὶ πατρὸς ἀπειλὴν, καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. ὥστε καὶ εἰ τοῦτό σοι σαφῶς οὑτωσὶ καὶ διαρρήδην ἔλεγον, οὐ βούλομαι, οὐδὲ θεραπεύω δυνάμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ τὴν τέχνην οἶδα καὶ τῷ πατρί, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶναι βούλομαι, τίς τύραννος οὕτω βίαιος, ὡς ἀναγκάσαι ἂν καὶ ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; τὰ γὰρ τοιαῦτα ἱκετείαις καὶ δεήσεσιν, οὐ νόμοις καὶ ὀργαῖς καὶ δικαστηρίοις ὑπάγειν οἶμαι προσήκει. πείθεσθαι τὸν ἰατρὸν χρή, οὐ κελεύεσθαι, βούλεσθαι, οὐ φοβεῖσθαι, ἐπὶ τὴν θεραπείαν οὐκ ἄγεσθαι, ἑκόντα δὲ ἐρχόμενον ἥδεσθαι. πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄμοιρος, ἀτελὴς ἡ τέχνη· ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς, καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς καὶ προεδρίας καὶ ἀτελείας, καὶ προνομίας διδόασι. ταῦτα μὲν οὖν, ἁπλῶς ἂν εἶχον εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σοῦ διδαξαμένου με, καὶ πολλὰ ἐπιμεληθέντος καὶ ἀναλώσαντος, ὡς μάθοιμι, πρὸς μίαν ὅμως θεραπείαν ταύτην δυνατὴν οὖσαν, ἀντέλεγον. νῦν δέ, κἀκεῖνο ἐννόησον, ὡς παντάπασιν ἄγνωμον ποιεῖς οὐκ ἐῶν με χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῷ κτήματι. ταύτην γὰρ τὴν τέχνην οὐχ υἱὸς ὢν σὸς ἐξέμαθον, οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος,

Atque hanc tamen tibi didici. Huius fructum primus sensisti, cum nihil adiumenti contuleris ad eius cognitionem. Quem præceptorem mercede conduxisti? Quem pharmacorum apparatum comparasti? Nullum omnino, uerum inops, ac rerum necessariarum indigēs, à præceptoribus mei misertis sum edoctus. Nam abs te patre huiusmodi mihi dabatur ad discēdum uiaticum, molestia, solitudo, egestas, familiarium odium, cognatorum auersatio. Pro istis itaque factis postulas uti arte mea, uisq; earum rerum esse dominus, quas mihi paraui tum cum mihi non esses dominus. Boni consule, si quid antehac ultro, nullo prouocatus officio, bene de te sum meritus, cum nullo nomine ullam abs te gratiam possem reposcere. Cæterum non conuenit sanè, ut meum beneficium mihi in reliquū tempus pariat necessitatem: ut quod uolēs beneficio iuui, uertatur in occasionem, ut postea nolenti præcipias, iamq; in consuetudinem trahatur, ut qui semel sanauerit aliquē, semper deinde curet omnes quoscunq; uoluerit is, qui sanatus est. Etenī ad istum modum fieret, ut quos curaremus, eos dominos nobis creauerimus, nosq; metipsos illis tradiderim⁹, mercedis loco seruitutem accepturi, & ad omnia quæ iusserint obtēperaturi. Qua re quid esse potest iniquius? Quoniam te grauiter adeo laborantem restitui, ob id existimas tibi ius esse arte utendi mea? Atq; hæc quidem dicere poterā: si mihi hic imperasset ea, quæ meæ sint facultatis, atq; ego nō omino modis omībus, uel inuitus obtemperassem. At nunc tandē perpendite, cuiusmodi sint huius imperata. Quādoquidē, inquit, me laborantē insania, sanasti: insanit aūt & uxor, eodēq; tenetur morbo, sic enim opinatur, & à cæteris medicis ad eundē modū destituta est: tuq; potes omnia, id quod re demōstrasti: sanato hāc quoq;, ac morbo leuato. Id si quis simpliciter ad hunc audiat modum, uehemēter æquum uideatur, præsertim illiterato, artisq; medicinæ imperito. Sinaūt me auscultetis artis nomine respōdentem, intelligetis nimirum, nec omnia esse nostræ facultatis neq; con-

καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι, καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; τίνα φαρμάκων παρασκευὴν; οὐδ' ἦν τινα οὖν, ἀλλὰ πενόμενος ἐγὼ, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορούμενος, καὶ ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐλεούμενος, ἐπαιδευόμην. καί μοι τοιαῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς ἦν πρὸς τὸ μαθεῖν ἐφόδια, λύπη, καὶ ἐρημία, καὶ ἀπορία, μῖσος οἰκείων, καὶ ἀποστροφὴ συγγενῶν. ἀντὶ τούτων τοίνυν χρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς, καὶ δεσπότης εἶναι θέλεις, τῶν ὅτ' οὐκ ἦσθα δεσπότης πεπορισμένων. ἀγάπα εἴ τι σε, καὶ πρότερον ἑκὼν, οὐ προοφείλων, εὖ ἐποίησα, μηδὲ μίαν, μηδὲ τούτου χάριν ἀπαιτηθῆναι δυνάμενος. οὐ δὴ δεῖ τὴν εὐποιΐαν τὴν ἐμὴν ἀνάγκην ἐς τὸ λοιπόν μοι γενέσθαι, οὐδὲ τὸ ἑκόντα εὐεργετῆσαι ἀφορμὴν τοῦ ἄκοντα κελευέσθαι καταστῆναι, οὐδὲ ἔθος ὑπάρξαι τοῦτο, τὸ ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον πάντας ἐς ἀεὶ θεραπεύειν, ὁπόσους ἂν ὁ θεραπευθεὶς θέλῃ. ἐπεὶ δεσπότας ἂν οὕτω καθ' ἡμῶν εἴημεν τοὺς θεραπευομένους κεχειροτονηκότες, καὶ μισθὸν τὸ δουλεύειν αὐτοῖς, καὶ τὸ πάντα κελεύουσιν ὑπηρετεῖν προσδεδωκότες, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀδικώτερον; διότι σε νοσήσαντα χαλεπῶς οὕτως ἀνέστησα, διὰ τοῦτο νομίζεις ἐξεῖναί σοι καταχρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ; ταῦτα μὲν οὖν εἶχον ἂν λέγειν, εἰ καὶ δυνατά μοι ὄντα προσέταττεν, ἐγὼ δὲ μὴ πάντως ἅπασι, μηδὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπήκουον. νῦν δὲ ἤδη σκέψασθε καὶ οἷα ἐστὶν αὐτοῦ τὰ ἐπιτάγματα. ἐπεὶ γάρ ἐμὲ ἰάσω φησὶ μεμηνότα, μέμηνε δὲ καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ὅμοια πάσχει, τῶν δ' οἴεται καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπέγνωσται, δύνασαι δὲ σὺ πάντα ὡς ἔδειξας, ἴασαι καὶ ταύτην, καὶ ἀπάλλαττε ἤδη τῆς νόσου. τοῦτο δὲ, οὑτωσὶ μὲν ἁπλῶς ἀκοῦσαι, πάνυ εὔλογον ἂν δόξειε, καὶ μάλιστα ἰδιώτῃ, καὶ ἀπείρῳ ἰατρικῆς. εἰ δέ μου ἀκούσετε, ὑπὲρ τῆς τέχνης δικαιολογουμένου, μάθοιτ' ἂν ὡς οὔτε πάντα ἡμῖν δυνατά ἐστιν.

neque consimiles morborum naturas,nec eandem medendi rationem,nec eadem remedia in omnibus efficacia. Ac tum palàm fiet ,quantum intersit,nolis quippiam, an non possis. Vos interim patienter auscultate me,hisce de rebus philosophantem: existimantes nec inelegantem fore ,nec extra causam,nec alienam à re , nec intempestiuam de his disputationem. Iam primum: Naturæ corporum,ac temperaturæ ,haud quaquam eædem sunt:tametsi maxime in cōfesso est ,iisdem ex elementis constare. Verum alia de his ,alia de illis magis aut minus participant:idq; loquor adhuc de corporibus uirorum:quæ neque similia sunt omnibus,neq; eadem temperatura,neque eadem constitutione. Vnde necessario consequitur:ut morbi quoq; tum magnitudine,tum specie differentes, his accidant:utq; alia sanatu sint facilia ,atque ad curationem sponte propensa:alia rursum prorsus desperata : ut quæ & facillime corripiantur,& grauissime à morbis prehendantur. Proinde si quis existimet,quamlibet febrim ,aut quamuis tabem,aut peripneumoniam,aut insaniam,quolibet in corpore unam atq; eandem esse genere,is non uideatur ponendus inter sobrios,neq; doctos,neque inter eos, qui in rebus huiusmodi exquirendis elaborarũt. Quin idem malum in hoc corpore facile sanabitur,in hoc minime. Quemadmodum uideli cet triticum, si idem in diuersos eijcias agros : aliter proueniet in plano solo,profundo,irriguo,aprico,uentis salubribus exposito ,exculto: nimirum ubere ,læto , copiosóque fructu. Rursum aliter in montuosa ,petricosaque terra ,aliter, in opaca,aliter in subiecta montibus. In summa : pro cuiusque loci diuersa natura ,uarie proueniet. Itidem & morbi ,pro ratione corporum , in quæ inciderint , aut maiores & uberiores ,aut minores eueniunt. Verum his omissis pater ,nec omnino discussa re, uult quamuis insaniam in quouis corpore consimilem esse ,similemque desiderare curationem.

εἰ δ᾽ αἱ τῶν νοσημάτων φύσεις παραπλήσιοι, οὔτ᾽ ἴασις ἡ αὐτή, οὔτε φάρμακα τὰ αὐτά, ἐπὶ πάντων ἰσχυρά. καὶ τότ᾽ ἔσται δῆλον ὡς πάμπολυ τὸ μὴ βούλεσθαί τι τοῦ, μὴ δύνασθαι διαφέρει. ἀνάσχεσθε δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσοφοῦντος, καὶ μὴ ἀπειρόκαλον, μὴ δ᾽ ἐξαγώνιον, μὴ δ᾽ ἀλλότριον, ἢ ἄκαιρον ἡγήσησθε τὸν περὶ τούτων λόγον. πρῶτα μὲν δὴ σωμάτων φύσεις καὶ κράσεις οὐχ αἱ αὐταί, κἂν ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ὁμοίων συνεστάναι ὁμολογῶνται, ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦδε, τὰ δὲ, τῶν δὲ μᾶλλον ἢ ἔλαττον μετέχει. καὶ λέγω τοῦτ᾽ ἔτι περὶ τῶν ἀνδρείων, ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα, ἢ ὅμοια, οὔτε τῇ κράσει, οὔτε τῇ συστάσει. διάφορα δὲ καὶ μεγέθει καὶ εἴδει ἀνάγκη, καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίνεσθαι αὐτοῖς, καὶ τὰ μὲν εὐίατα εἶναι, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἀναπεπταμένα. τὰ δὲ τέλεον ἀπεγνωσμένα, καὶ ῥᾳδίως ἁλισκόμενα, καὶ κατακρατούμενα ὑπὸ τῶν νοσημάτων λαμβανόμενα. τὸ τοίνυν οἴεσθαι πάντα πυρετὸν, ἢ πᾶσαν φθόην, ἢ περιπνευμονίαν, ἢ μανίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ γένει ὁμοίαν ἐπὶ παντὸς εἶναι σώματος, οὐ σωφρονούντων, οὐδὲ λελογισμένων, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐξητακότων ἐστὶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐν μὲν τῷδε ῥᾳδίως ἰᾶσθαι, ἐν δὲ τῷδε οὐκ ἔτι, ὥσπερ οἶμαι καὶ πυρὸν ἢν τὸν αὐτὸν ἐς διαφόρους χώρας ἐμβάλῃς, ἄλλως μὲν ἐν τῇ πεδινῇ καὶ βαθείᾳ, καὶ πιαζομένῃ, καὶ εὐηλίῳ, καὶ εὐηνέμῳ καὶ ἐξειργασμένῃ ἀναφύεται, εὐσταλὴς οἶμαι καὶ εὔτροφος καὶ πολύχους καρπός, ἄλλως δὲ ἐν ὄρει καὶ ὑπολίθῳ γηδίῳ. ἄλλως δ᾽ ἐν δυσηλίῳ, ἄλλως δὲ ἐν ὑπωρείᾳ, καὶ ὅλως διαφόρως καθ᾽ ἑκάστους τόπους. οὕτω δὲ καὶ τὰ νοσήματα, παρὰ τοὺς ὑποδεξαμένους τόπους, ἢ εὔφορα, ἢ εὔτροφα, ἢ ἐλάττω γίγνεται. τοῦτ᾽ τοίνυν ὑπερβὰς ὁ πατὴρ, καὶ ὅλον ἀνεξέταστον καταλιπὼν, ἀξιοῖ πᾶσαν μανίαν τὴν ἐν ἅπαντι σώματι, ὁμοίαν εἶναι καὶ τὴν θεραπείαν ἴσην.

Super hæc tam multa, muliebria corpora plurimum differre à uirorum corporibus, uel ad morbi corruptionem, uel ad sanandi spem, aut desperationem, facile fuerit cognoscere. Si quidem uirorum corpora bene compacta sunt, neruosa: laboribus, agitationibus, uita sub dio acta, exercitata. Contra fœminarum, flaccida, male compacta, in umbra alita: cãdida ob sanguinis inopiam, caloris'q; penuriam, & humoris superuacanei abundantiam. Quare facilius corripiuntur, quàm uirorũ: utpote morbis exposita, nec ferentia curationem: præcipue uero ad insaniam procliuiora. Nam cum multum habeant iracundiæ ac leuitatis, facile'q; cõmoueantur: porrò corporis exiguæ sint uires, facile in hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit, in utris'q; eandem à medicis sanandi rationem requirere: Cum intelligatis, hæc ab illis longissimo distare interuallo iam ab ipso protinus ortu discreta: tum tota uitæ ratione, tum actionibus omnibus, tũ studijs atq; exercitijs uniuersis. Quare cum dicis, Insania laborat: adde hoc quoq;, laborat mulier. Neque confundas hic omnia sub unam & eandem insaniæ referens appellationem. Verum discretis ijs, quemadmodum & natura discreuit, quid in quoq; præstari possit considera. Nam nos, quemadmodum initio dixisse memini, illud in primis spectamus, ægroti corporis naturam, ac temperaturam, & cuius qualitatis magis sit particeps, calidius an frigidius, uigens an ætate deficiens, magnum an pusillum, crassum an macilentum: reliquáque id genus omnia. Quæ si quis penitus expenderit, is demum erit idoneus cui fides habeatur, uel desperanti, uel recipienti. Quandoquidem & insaniæ innumerabilia sunt genera, & causæ complures: nec uocabula quidem eadem. Neq; enim idem, desipere ac delirare, rabire & insanire. Verum hæc omnia nomina significant magis aut minus obnoxium esse morbo. Porrò causæ aliæ sunt uiris, aliæ fœminis.

Rursum

πρὸς δὲ τούτοις τοσούτοις οὖσιν, ὅτι τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρει πρός τε νόσων διαφθορὰν, καὶ πρὸς θεραπείας ἐλπίδα, ἢ ἀπόγνωσιν, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἀνδρῶν εὐπαγῆ καὶ εὔτονα, πόνοις καὶ κινήσεσι, καὶ ὑπαιθρίῳ διαίτῃ γεγυμνασμένα. τὰ δὲ ἔκλυτα καὶ ἀσύμπαγῆ ἐν σκιᾷ τετραφημένα, καὶ λευκὰ αἵματος ἐνδείᾳ, καὶ θερμοῦ ἀπορίᾳ, καὶ ὑγροῦ περιττοῦ ὑπερροίᾳ. εὐαλωτότερα τοίνυν τῶν ἀνδρείων, καὶ ταῖς νόσοις ἐκκείμενα, καὶ τὴν ἴασιν οὐ περιμένοντα, καὶ μάλιστα πρὸς μανίας εὐχερέστερα. ἅτε γὰρ πολὺ τὸ ὀργίλον καὶ κοῦφον, καὶ ὀξυκίνητον ἔχουσαι, ὀλίγην δὲ τὴν τοῦ σώματος αὐτῶν δύναμιν, ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο καταλισθαίνουσιν. οὐ δίκαιον τοίνυν παρὰ τῶν ἰατρῶν τὴν ὁμοίαν ἐπ᾽ ἀμφοῖν θεραπείαν ἀπαιτεῖν, εἰδότας ὡς πολὺ τὸ ἐν μέσῳ βίῳ παντὶ καὶ πράξεσιν ὅλαις, καὶ πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς κεχωρισμένων. ὅταν τοίνυν λέγῃς ὅτι μέμηνε, προστίθει ὅτι καὶ γυνὴ οὖσα μέμηνε, καὶ μὴ σύγχει ταῦτα πάντα ὑπὸ τῷ τῆς μανίας ὑπάγων ὀνόματι ἑνὶ, καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ δοκοῦντι. ἀλλὰ χωρίσας ὥσπερ ἐστὶν, καὶ ὃ ἐν τῇ φύσει δυνατὸν ἐφ᾽ ἑκάστου σκόπει. καὶ ἡμεῖς ὅπερ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων εἰπὼν μέμνημαι, τοῦτο πρῶτον ἐπισκοποῦμεν, φύσιν σώματος τοῦ νοσοῦντος, καὶ κρᾶσιν, καὶ τίνος πλείονος μετέχει, καὶ εἰ θερμότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ἀκμάζον, ἢ γηρασκός, καὶ μέγα, ἢ μικρὸν, καὶ πιμελὲς, ἢ ὀλιγόσαρκον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, καὶ ὅλως ἂν ἐς αὐτὰ προεξετάσῃ, πάνυ ἀξιόπιστος ἂν εἴη ἀπογιγνώσκων τι ἢ ὑπισχνούμενος. ἐπεὶ καὶ τῆς μανίας αὐτῆς μυρία εἴδη ἐστὶ, καὶ παμπόλλας ἔχει τὰς αἰτίας, καὶ οὐδὲ τὰς προσηγορίας αὐτὰς ὁμοίας. οὐ γὰρ ταυτὸν παρανοεῖν, καὶ παραπαίειν, καὶ λυττᾶν καὶ μεμηνέναι. ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοῦ μᾶλλον ἢ ἧττον ἔχεσθαι τῇ νόσῳ ὀνόματά ἐστιν. αἰτίαι τε τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἄλλαι, ταῖς δὲ γυναιξὶν ἕτεραι.

Rursum inter ipsos uiros,aliæ iuuenibus,aliæ senibus:puta iu uenibus immodica fermè repletio,senibus autem importuna calumnia,ira impotens,quæ sæpenumero incidit aduersus domesticos. Hæc initio perturbant animum : deinde paulatim uergit in insaniam.Porrò mulierum corpora & multæ res infestant,& facile in morbum adducũt. Præcipue uero si quem oderint uehementius,aut si inuideant inimico ,secundis rerũ successibus utenti,aut si quid molestũ sit,aut si cui succenseant. Hæc paulatim subgliscentia ,multoq; alia tempore , tandem in insaniam euadunt.Eiusmodi rerum aliquid uxori quoque usu uenit pater:& haud scio ,an nuper aliquid illi ægritudinẽ aliquam attulerit.Nihil enim illa oderat,quanquam morbo sanè tenet,neq; his malis ullius medici cura poterit eripi.Quod si quis alius se facturum receperit,aut si quis eam liberarit:tum me oderis licet,uelut iniurium.Tametsi ne illud quidem uerebor dicere pater.Etiamsi non prorsus esset,ut est,desperandũ: sed adhuc aliqua salutis spes leuis ostenderetur,nec sic quidẽ facile manum admouerem:neq; statim auderẽ ministrare potionem:uidelicet ueritus fortunam,ac multorum hominũ obtrectationem.Vides,ut oẽs arbitrantur,priuignos inuisos esse nouercis omnibus,etiamsi probæ fuerint,easq; hãc ceu cõmunem quandam mulierum insaniam insanire. Quare facile suspicatus fuisset aliquis,si malum hoc secus euenisset,neq; profuissent remedia,perfidam ac dolosam fuisse curationem.Atque uxoris quidem res pater ad hunc sese habent modum: idque loquor,quod prorsus exploratum habeo: nunquam melius est habitura,etiamsi milies biberit pharmacum : eoq; non operæprecium conari:nisi me in hoc solum urges ut frustrer, idq; uis ut fœdam mihi famam accersam.Patere,ut mihi eiusdem artis professores inuideãt.Quod si me rursum abdicaris ego quidem etiamsi ab omnibus deserar ,tamen tibi nihil imprecabor graue.Sed q̄d si,quod auertat deus,redeat morbus.

Solent

καὶ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, τοῖς μὲν νέοις ἄλλαι, τοῖς δὲ γεγηρακόσι διά-
φοροι, οἷον νέοις μὲν, πλῆθος ὡς τὸ πολὺ, γέρουσι δὲ διαβολὴ ἄκαιρος,
καὶ ὀργὴ ἄλογος πολλάκις κατ᾽ οἰκείων ἐμπεσοῦσα, τὰ μὲν πρῶτον διέ-
ταραξεν, εἶτα κατ᾽ ὀλίγον ἐς μανίαν περιέτρεψεν. γυναικῶν δὲ πολλὰ
καθικνεῖται, καὶ ῥᾳδίως ἐς τὴν νόσον ἐπάγεται. μάλιστα δὲ μῖσος, κατά
τινος πολὺ, ἢ φθόνος ἐπὶ ἐχθρῷ εὐτυχοῦντι, ἢ λύπη τις ἢ ὀργὴ κατ᾽
ὀλίγον. ταῦτα ὑποτυφόμενα, καὶ μακρῷ χρόνῳ ἐντρεφόμενα μανίαν
ἀποτελεῖ. τοιαῦτά σοι, ὦ πάτερ, καὶ ἡ γυνὴ πέπονθε, καὶ ἴσως τί λελύπη-
κεν αὐτὴν ἔναγχος. οὐδὲν γὰρ ἐκείνη ἐμίσει, πλὴν ἔχεταί γε καὶ οὐκ ἂν
ἐκ τῶν παρόντων, ὑπὸ ἰατροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο, ὡς εἴ γε ἄλλος τις ὑ-
πόσχοιτο, εἴ τις ἀπαλλάξειε μισεῖν τότε, ὡς ἀδικοῦντα ἐμὲ, καὶ μὴν κἀκεῖνο,
ὦ πάτερ, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι εἰπεῖν, ὅτι εἰ καὶ μὴ τελέως οὕτως ἀπέγνω-
σο, ἀλλά τις ἔτι σωτηρίας ἐλπὶς ὑπεφαίνετο. οὐκ ἂν οὐδ᾽ οὕτω ῥᾳδίως
προσηψάμην, οὐδ᾽ ἂν προχείρως φάρμακον ἐγχέαι ἐτόλμησα, δεδιὼς
τὴν τύχην καὶ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δυσφημίαν. ὁρᾷς ὡς οἴονται πάντες
εἶναί τι μῖσος πρὸς τοὺς προγόνους πάσαις μητρυιαῖς, κἂν ὦσι χρησταί,
καί τινα κοινὴν μανίαν ταύτην, γυναικείαν αὐτὰς μεμηνέναι; τάχα
οὖν τις ὑπώπτευσεν, ἄλλως χωρησάντων τῶν κακῶν καὶ τῶν φαρμάκων οὐ δυ-
νηθέντων, κακοήθη καὶ δολερὰν τὴν θεραπείαν γεγονέναι. καὶ τὰ μὲν τῆς
γυναικὸς, ὦ πάτερ, οὕτως ἔχει, καὶ πάνυ σοι πεπειρακὼς λέγω, οὔποτε
ῥᾷον ἕξει, κἂν μυριάκις πίῃ τὸ φάρμακον. διὰ τοῦτ᾽ ἐπιχειρεῖν οὐκ
ἄξιον, εἰ μὴ πρὸς μόνον, τὸ ἀποτυχεῖν με κατεπείγεις, καὶ κακοδοξίᾳ
περιβαλεῖν θέλεις, ἔασον ὑπὸ τῶν ὁμοτέχνων φθονεῖσθαι. ἐὰν δέ με
ἀποκηρύξῃς πάλιν, ἐγὼ μὲν καί τοι πάντων ἔρημος γενόμενος, οὐδὲν κατὰ
σοῦ δεινὸν εὔξομαι. τί δ᾽ ἂν ὅπερ μὴ γένοιτο αὖθις ἡ νόσος ἐπανέλθοι.

ſolent iſtiuſmodi fermè mala irritata recurrere, quid erit mihi faciundum? Curabo, ut noſti, tum quoque: neq; unquam defuturus ſum officio, quod liberis natura præſcripſit: neque generis, quoad in me fuerit obliuiſcar. Deinde ſi reſipueris, num credere debeo futurum, ut me denuo recipias? illud uide. Iam iſta quum facis, acceſſis morbum, peſtemq; refricas: heri ac nudius tertius è tantis elapſus malis, contendis, uociferaris: quodq; grauiſſimum eſt, iraſceris: ad odium propenſus es: leges reuocas. Hei mihi pater, iſtiuſmodi fuerant ſuperioris inſaniæ tuæ prooemia.

ABDICATI FINIS, DESIDERIO ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

ἀλλ' ἢ πῶς τὰ τοιαῦτα ἐρεθιζόμενα παλινδρομεῖν. τί με πρᾶξαι δεήσει; θεραπεύσω μὲν, εὖ ἴσθι καὶ τότε, καὶ οὔ ποτε λείψω τὴν τάξιν, ἣν τοὺς παῖδας ἔταξεν ἡ φύσις, οὐδὲ τοῦ γένους τὸ ἐπ' ἐμαυτῷ προήσομαι. εἶτ' ἂν σωφρονήσῃς, αὖθις ἀναλαμβάνειν πώποτε πιστεῦσαί με δεῖ; ὁρᾷς ἤδη καὶ ταῦτα ποιῶν ἐπισπᾷ τὴν νόσον, καὶ ὑπομιμνήσκεις τὸ πάθος χθὲς, καὶ πρώην ἐκ τηλικούτων κακῶν ἀνασφήλας διατείνῃ, τε βοᾷς, καὶ τὸ μέγιστον ὀργίζῃ, καὶ πρὸς μῖσος τρέπῃ, καὶ τοὺς νόμους ἀνακαλεῖς. οἴμοι πάτερ ταῦτ' ἦν σοι καὶ τὰ πάλαι μανίας τὰ προοίμια.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΥ ΜΕΛΕΤΗΣ ΤΕΛΟΣ.

LYSIAE ATHENIENSIS ORATIO DE HERATOSTHENIS ADVLTERI NECE DEFENSIO.

PLVRIMI certe facerem, uiri Atheniēses si tales uos iudices meam in causam præberetis, quales uestram, ubi eiusmodi sitis affectí cōtumelia, susciperetis. Nam probe scio, si ea in alios, qua in uos estis mente extiteritis, uestrum neminem fore, qui minus perpetrata facinora grauiter ac moleste ferat. Sed omnes potius, non satis eos dignis supplicijs plectendos censeatis, quicunq; huiusmodi flagitijs student: neq; uos hæc duntaxat, sed omnis utiq; Græcia. De hoc enim solo crimine, tum in populari, tum in paucorum principatu, eadē pœna imbecilliores potentioresq; mulctantur. Quo fit ut obscuriores eadem cum clarioribus, fortiantur. Sic itaq; iudices hāc contumeliam mortales omnes grauissimam putant. Quam magna igitur animaduersione illi plectendi sunt, qui huiusmodi facinora perpetrarint, idem uos omnes sentire puto. Neq; uestrum quenquam hebeti adeo negligentiq; ingenio esse censeo, qui ignoscendum illis arbitretur. Oportere autem existimo iudices, ut demōstrem Heratosthenem impurissimū hominem, adulterium mea in domo, meam in uxorem admisisse illamq; uitiasse, ac meos filios dedecore, & ipsam me contumelia affecisse. Enim uero nulla mihi secū alia inimicitiarū causa, præter

ΛΥΣΙΟΥ ΤΟΥ

ῬΗΤΟΡΟΣ ὙΠῈΡ ΤΟΥ͂ ἘΡΑΤΟΣΘΕ΄ΝΟΥΣ ΦΟ΄ΝΟΥ ἈΠΟΛΟΓΙ΄Α.

Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιούτους ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, οἷοί περ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε, ἥνπερ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοίη, ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδευόντων τὰς ζημίας μικρὰς ἡγεῖσθε. καὶ ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος, καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένοις ἀποδέδοται, ὥστε τὸν χείριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δεινοτάτην ἡγοῦνται. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας, ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐδένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅστις οἴεται δεῖν συγγνώμης τυγχάνειν, ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους. ἡγοῦμαι δέ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε, καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς ᾔσχυνε, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν,

præter hanc,fuerat:neq; pecuniarum gratia ,quo è paupere di ues redderer:neq; ob aliud quod uis lucrum,nisi ut de eo supplicium legitimum sumerem,à me hæc gesta sunt.Ego itaque ab initio uobis omnem rem meam ostendam,nihil prorsus omittam,sed quæ uera sunt eloquar.Nam hanc solam mihi salutem reor,si quiuero omnē rem uobis exponere. Ego enim uiri Athenienses,postea quàm uisum est mihi nubēdum esse, ac in domum uxorem ducere, reliquum quidē tempus eum me præstiti,quem nec sibi illa tristem haberet, neq; omnibus in rebus ,quas uellet ,morosum, sed ut par est,eius obseruantem ac facilem. Sed ubi puerum ex ea suscepissem ,credebam iam illi,atq; omnia mea tradidi. Existimabam enim hanc necessitudinem esse maximam. Priore itaq; tempore,uiri Athenienses,erat una omnium optima mulier.Nam & rem domesticā probe gubernabat,& persimonia pulchre utebatur ,& ꝑ belle omnia gerebat. Cum uero mater mihi diē obijsset,cun ctorum mihi malorum causa moriens extitit.Cum enim efferretur funus,mea secuta est uxor: ab hoc nefario & perditissimo homine,qui eam esset conspicatus tandē uiciatur. Is nāq; ancillam,quæ forum peteret,obseruans,eiusq; utens in ternūcio,eam perdidit.Primum itaq; iudices,nam & hæc uobis narrem necesse est,ædiculæ duplæ sunt mihi,quæ superius inferiusq; eundem habeāt habitandi ordinem: & circa mulierū ,& circa uirorum sedes. Cum autem puer nobis natus esset eum lactabat mater.Quare,ne cum lauari oporteret,periculi quippiam scalis descendens ea pateretur: ego quidem superiora, mulieres uero inferiora habitabant. Itaque consuetum iam erat, ut frequenter uxor inferius ad infantem abesset cubatura: quo & ubera sibi porrigeret ,& ne uagiret obseruatura. Et hæc nonnihil temporis hoc pacto se habuere. Ego autem nihil sum unquam mali suspicatus. Sed usque adeo lapideum me præstabam ,ut omnium huiusce urbis fœminarum pudicissimam meam uxorem existimarem.

Progressu

πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς, πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας. ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλὰ λέγων τἀληθῆ. ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν δυνηθῶ ἅπαντα τὰ πεπραγμένα. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι, καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην, ὥστε μήτε λυπεῖν, μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι, ὅ τι ἂν ἐθέλῃ ποιεῖν. ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν ὡς τὸ εἰκὸς ἦν. ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον ἤδη, καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη. καὶ γὰρ οἰκονόμος δεινὴ, καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα. ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κακῶν ἀποθανοῦσα, αἰτία μοι γεγένηται. ἐπ' ἐκφορὰν αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνὴ, ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται. ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν, καὶ λόγους προσφέρων ἀπώλεσεν αὐτήν. πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, δεῖ γάρ καὶ ταῦθ' ὑμῖν διηγήσασθαι, οἰκίδιόν ἐστι μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν. ἵνα δὲ μὴ ὁπότε λοῦσθαι δέοι, κινδυνεύῃ κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ, καὶ μὴ βοᾷ. καὶ ταῦτα πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα, ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥστε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει

Progressu uero temporis, cum insperato ex agro uenissem, ac postea quam cœnati sumus, filiolus uagiret, turbareturq; uehementer, quippe quem ancilla summopere tristem afficeret, ut hæc nauaret, homo enim ille intus erat. cuncta nanque postremo didici. Cumq; uxorem ipse ad lactandum puellum, quo uagitu cessaret, iuberem ire, ea quidem primo refragabatur, perinde atq; libenter me ex agro, post temporis curriculum redeuntem intueretur. Vbi uero iam stomacharer, abireq; se iuberem, eo inquit, istuc agis, quo pedissequam ipse tentes, & prius quoq; madidus eam attrectasti. Ego autem ridebam. Illa uero assurgens, abiensq;, portam, quasi per ludum, claudit, atq; educit clauem. Et ego nihil horum, neq; animaduertens, neq; considerans, obdormiui quàm dulcissime: utpote qui ex agro lassus reuertissem. Verum cum iam dies appropinquasset, uenit illa, ostiumque aperuit. Me autem rogante, quid noctu fores cõcrepuerint, ait se lucernam, quæ apud infantem esset, extinctam, ex uicinis accendisse. Obticui, & eam uera loqui arbitrabar. Verum uisa est mihi iudices, eius facies depicta cerusa: cum nondum tamẽ frater triginta dies ex hac luce migrasset. Sed neque sic tamen de re quicquam locutus sum, quin egrediens taciturnus exibam foras. Postea uero iudices & tempore interim labente, & me uehementer ob mala præsentia consumpto, adit me anus quædam, quam mulier clam miserat, cuius adulter ille, ueluti mihi postea renunciatum est, cõmercio uteretur. Ea nanq; iracundia percita & iniuria sese affici rata, quoniam non æque ac prius ad se is accederet, obseruauit quo ad rei causam edidicit. Cum ergo anus illa, quæ prope domum obseruarat, me adijsset: salue amice, inquit, ne ulla curiositate me adijsse te putes uelim. Nam uir ille, qui te tuamque uxorem affecit contumelia, inimicus est nobis. Si igitur ancillam, quæ forum petit, uobisque ministrat ceperis, cruciatibusque admoueris: omnia profecto cognosces.

Patrator

προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, τὸ παιδίον ἐβόα, καὶ ἐδυσκόλαινεν ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, ἵνα ταῦτα ποιῇ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν. ὕστερον γὰρ ἅπαντα ἐπυθόμην. καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον, καὶ δοῦναι τῷ παιδίῳ τὸν τιτθὸν, ἵνα παύσηται κλᾶον. ἡ δὲ, τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα, ἥκοντα διὰ χρόνου. ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπιέναι, ἵνα σύ γε ἔφη πειρᾷς ἐνταυθα τὴν παιδίσκην, καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἷλκες αὐτήν, κἀγὼ μὲν ἐγέλων. ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν προσποιουμένη παίζειν, καὶ τὴν κλεῖν ἐφέλκεται. κἀγὼ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος, οὐδ' ὑπονοῶν, ἐκάθευδον ἄσμενος ἥκων ἐξ ἀγροῦ. ἐπειδὴ δὲ ἦν πρὸς ἡμέραν, ἧκεν ἐκείνη, καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. ἐρομένου δέ μου, τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων ἐνάψασθαι. ἐσιώπων ἐγὼ, καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἡγούμην. ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας. ὅμως δ' οὐδ' οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ τοῦ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχόμην ἔξω σιωπῇ. μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ διαγενομένου, καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν, προσέρχεταί μοι τις πρεσβῦτις ἄνθρωπος ὑπὸ γυναικὸς ὑποπεμφθεῖσα ἣν ἐκεῖνος ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον ἤκουον. αὕτη δὲ ὀργιζομένη καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζουσα, ὅτι οὐκ ἔτι ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐτὴν, ἐφύλαττεν, ἕως ἐξηῦρεν ὅ τι εἴη τὸ αἴτιον. προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, Εὐφίλητε ἔφη, μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι με νόμιζε πρὸς σέ. ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ καὶ τὴν γυναῖκα, ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει. ἐὰν οὖν λάβῃς τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς ἀγορὰν βαδίζουσαν, καὶ διακονοῦσαν ὑμῖν, καὶ βασανίσῃς, ἅπαντα πεύσῃ.

ἔστι δ' ἔφη

Patrator autem harum rerum Heratosthenes Oethensis est, qui non tuam uxorem solum, sed etiam alias permultas uicia- uit. Hanc enim is artem habet. Quae cum illa dixisset, iudices, abijt. Ego uero turbatus sum illico, & omnia mente uoluta- bam, eramq; suspitione quã refertissimus. Recordabar, ut do- mi occlusus fuerim: reminiscebar, ut illa noctu, & quod intus aulae, extra aulam esset hostium, concrepuisset: id quod antea nũquam accidit, utq; uxoris mihi gipsea facies uisa esset. Haec mihi omnia mentem agitabant, eramq; plenus suspitione. Cũ uero uenissem domum, iussi ancillae in forum me sequeretur. Quam posteaq; ad familiarem quendam duxissem, dixi me quaecunq; domi gesta essent accepisse. Proinde licet quidem tibi, inquam, è duobus utrum mauis eligere, aut uerberibus cae sam in pistrinum dedi: eo pacto ut nunquam ab ea te sim mi- seria exempturus, aut si ueritatẽ dixeris mali passuram nihil, sed erratorum potius à me ueniam adepturam. Mentita au- tem nihil, eloquere omnia quàm uerissime. Et illa quidem infi cias ibat primo, & quicquid collibuisset ut efficerem, iubebat, scire & enim aiebat nihil. Sed posteaquam in Heratosthenis mentionem incidissem, dixissemq; hunc esse qui ad uxorem proficisceretur, expauit illa, quippe quae me omnia planè didi- cisse existimasset. Quare tunc ad mea procidens genua, im- punitatisq; fidem à me capiens enarrauit: primũ quidem ut post elatum funus Heratosthenes se adierit: deinde ut operã ipsam nauans eum uxori exposuerit, utq; illa & tempus & adi tus, accedendiq; modum constituerit: & ut denique ad The- smophoria, quae Cereris festa sunt, cum ipse rus issem, petie- rit templum cum Heratosthenis matre: ac reliqua quaeq; accu ratissime narrauit. Cum uero omnia declarasset, dixi, ne quis omnium haec sentiat, caueret. Quod si minus, inquam, effece- ris, nihil tibi eorum quae mihi confessa es, firmum & ratũ erit. Te uero etiam atque etiam & hortor & rogo, ut haec mihi in praesenti facinore ostendas. Non enim mihi uerbis est opus,

sed rem

ἔστι δ' ἔφη Ἐρατοσθένης Ὀῆθεν ὁ ταῦτα πράττων, ὃς οὐ μόνον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλάς. ταύτην γὰρ τὴν τέχνην ἔχει. ταῦτα εἰποῦσα, ἄνδρες, ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη, ἐγὼ δὲ εὐθέως ἐταραττόμην, καὶ πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας, ἐνθυμούμενος μὲν ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ, ἀναμιμνησκόμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος, ὃ οὐδέποτε ἐγένετο. ἔδοξέ τέ μοι ἡ γυνὴ ἐψιμμυθιῶσθαι. ταῦτα μὲν πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας. ἐλθὼν δὲ οἴκαδε ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν, ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τῶν ἐπιτηδείων τινά, ἔλεγον ὅτι ἐγὼ πάντα εἴην πεπυσμένος τὰ γινόμενα ἐν τῇ οἰκίᾳ. σοὶ οὖν ἔφην ἔξεστι δυοῖν ὁπότερον βούλει ἑλέσθαι, ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν, καὶ μηδέποτε παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ κατειποῦσαν ἅπαντα τἀληθῆ, μηδὲν παθεῖν κακόν, ἀλλὰ συγγνώμης παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν ἡμαρτημένων. ψεύσῃ δὲ μηδέν, ἀλλὰ πάντα τἀληθῆ λέγε. κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ,τι βούλομαι, οὐδὲν γὰρ εἰδέναι. ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτήν, καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη, ἡγησαμένη με πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. καὶ τότε ἤδη πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακόν, κατηγόρει. πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ προσίοι, ἔπειτα ὡς αὐτὴ τελευτῶσα εἰσαγγείλειε, καὶ ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ πεισθείη, καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι, καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου, καὶ τἆλλα τὰ γενόμενα πάντα, ἀκριβῶς διηγήσατο. ἐπειδὴ δὲ πάντα εἴρητο αὐτῇ, εἶπον ἐγώ, ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πεύσεται. εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι κύριον ἔσται τῶν πρὸς ἐμὲ ὡμολογημένων. ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι. ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων

ſed rem ipſam manifeſto uelim deprehendere,an ita ſe habeat. Quæ quidem omnia ſe facturam affirmauit. Poſtea uero dies quatuor aut quinq; ,ueluti certiſſimis uobis coniecturis demonſtrabo,prӕteriere. Primum autē narraturus ſum quӕ die ultimo acta fuerint. Soſtratus mihi ,& neceſſarius & amicus erat:huic poſt ſolis occaſum,ex agro redeunti obuiam factus,cum ſcirem eum ita uenientem nihil domi rerum neceſſariarum reliquiſſe , iuſſi apud me cœnaret. Petentes autem meam domum,ac ſuperius cœnaculum aſcendētes ,cœnabamus. Vbi uero pulchre ſe habuiſſet ille ,domum ire perrexit, ipſe autem cubui. Heratoſthenes tunc ,iudices ,ingreditur,& me ancilla continuo expergefacit ,ſignificat hominem intus eſſe. Cui cum iuſſiſſem hoſtium obſeruaret ,ſilentio ,ſcalis deſcendens domo egredior,hunc & illum peto. Et alios quidem domi offendo,alij uero aberant. E quibus quàm plures potui mecum aſſumens ibam. Accipientesq; faces ex proxima taberna foribus patefactis,obſeruatisq; ab ācilla,ӕdes ingredimur. Impellentes autem cubiculi hoſtium ,nos quidem qui primi intraremus eum uxori meӕ accubantem uidimus,hi uero poſtea in cubiculo nudum ſtantem,ego,iud ices,illum ,premens, atq; urgens humi deicio,& circumactis retro manibus atque deuictis,ex eo percontabar:quid meam ingreſſus domum,cōtumelia me afficeret. Et ille iniuriam quidem fatebatur,orabat autem deprecabaturq;,ne ſe occiderem,ſed argentum mercedem ſumerem. Ego autem ,inquam ,non à me ipſe ,ſed à publica lege,quoniam prӕtergreſſus es,interimeris. Illam nanq; longe minorem q̃ uoluptates duxiſti: maluiſtiq; huiuſmodi erratum aduerſus meam uxorē ,& in meos filios delinquere, q̃ legibus decoriq; parere. Sic ,inquā,iudices,ille admiſſi ſceleris culpā ſortit⁹ eſt,queādmodū eos leges puniēdos iubēt,q ta lia deliq̃rint:neq; è uia rapt⁹ eſt,neq; in larē pfugit,ut hi narrāt.

Quo

ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι εἰ πρὸς οὕτως ἔχει, ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν, καὶ μετὰ ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι τέταρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω. πρῶτον δὲ διηγήσασθαι βούλομαι τὰ πραχθέντα τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ. Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος. τούτῳ ἡλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντησα. εἰδὼς δ' ἐγὼ ὅτι τηνικαῦτα ἀφιγμένος, οὐδὲν ἂν καταλάβοι οἴκοι τῶν ἐπιτηδείων, ἐκέλευον συνδειπνεῖν, καὶ ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκεῖνος μὲν ἀπιὼν ᾤχετο, ἐγὼ δὲ ἐκάθευδον. ὁ δ' Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες, εἰσέρχεται, καὶ ἡ θεράπαινα ἐπεγείρασά με εὐθὺς, φράζει ὅτι ἔνδον ἐστί. κἀγὼ εἰπὼν ἐκείνῃ ἐπιμελεῖσθαι τὰς θύρας, καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦμαι εἰς τὸν, καὶ τὸν, καὶ τοὺς μὲν ἔνδον κατέλαβον, τοὺς δὲ οὐκ ἐπιδημοῦντας εὗρον, παραλαβὼν δ' ὡς οἷόν τε ἦν πλείστους ἐκ τῶν παρόντων ἐβάδιζον, καὶ δᾷδας λαβόντες ἐκ τοῦ ἐγγυτάτου κἀπηλείου, εἰσερχόμεθα, ἀνεῳγμένης τῆς θύρας καὶ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης, ὤσαντες δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου, οἱ μὲν πρῶτον εἰσιόντες ἔτι εἴδομεν αὐτὸν κατακείμενον παρὰ τῇ γυναικί, οἱ δ' ὕστερον ἐν τῇ κλίνῃ γυμνὸν ἑστηκότα. ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, πατάξας καταβάλλω αὐτὸν, καὶ τὼ χεῖρε περιαγαγὼν εἰς τοὔπισθεν, καὶ δήσας ἠρώτων, διὰ τί ὑβρίζει εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντεβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος, ὃν σὺ παραβαίνων, περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσω, καὶ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, καὶ κόσμιος εἶναι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν ὧνπερ οἱ νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας, οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγὼν, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι.

Quo enim pacto eò perfugere potuisset, qui in cubiculo cæsus continuo concidisset? Circumuerti autem eius manus. Intus erãt tot homines, quos effugere haud poterat: utpote qui neq; ferrum, neq; lignum, neq; aliud haberet quicquam, quo ingruentibus repugnaret. Verum puto, & uos uiri Athenienses nequaquam ignorare, ut iniusti homines, minime fatẽtur, quod ueritatem sapiat, inimicos loqui, sed hi obnoxij mendacio, ac talia quædam machinantes, auditores aduersus iustos in irã trahunt. Primũ itaq; legẽ recita. LEX Nõ in ambiguo Heratosthenes fuit, uiri Athenienses, sed iniuriam intulisse cõfessus est, & ne interimeretur orauit, ac supplex deprecatus est pecuniasq; soluere uoluit: ego autem eius crimini dandam ueniam haud censui, sed ciuitatis legem reddidi firmiorem, & hanc de impurissimo homine pœnam sumpsi, quam uos ipsi iustissimam esse rati, his qui huiusmodi egerunt facinora planè sanxistis. Mihi autem harum rerum testes adsunt.

TESTES. Recita mihi hanc quoq; legem, ex tabula, quæ in Ariopagi columna incisa est. Auditis uiri Athenienses, ut ipso ex Ariopagi iudicio, cui & patrium est, & à uobis permissum, homicidij causas iudicare, manifeste dicitur: non esse hũc homicidij puniendum quicunq; apud suam uxorem adulterum deprehendens, hoc in eum supplicio animaduerterit. Quin uehementer adeo legum lator, in nuptis mulieribus iusta hæc esse putauit, ut etiam circa humillimas pellices eandem pœnam constituerit. Et enim luce est clarius, si quod grauius supplicium circa nuptas mulieres habuisset, instituisset id quidem. Sed cum atrociorem in illis mulctam excogitare nequiuisset, eadem etiam circa pellices esse dignum existimauit. Recita autem mihi hanc legem. LEX. Auditis ne iudices, ut lex iubet, si quis hominem liberum aut puerum, dedecore uiolenter affecerit, duplo plectatur.

Sin autem

πῶς γὰρ ἂν ὅς γε ἐν τῷ δωματίῳ πληγεὶς κατέπεσεν εὐθύς, περιέστρεψα δ' αὐτοῦ τὼ χεῖρε. ἔνδον δὲ ἦσαν ἄνθρωποι τοσοῦτοι, οὓς διαφυγεῖν οὐκ ἠδύνατο, οὔτε σίδηρον, οὔτε ξύλον, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων, ᾧ τοὺς εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο. ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οἶμαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι οἱ μὴ τὰ δίκαια πράττοντες, οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἐχθροὺς λέγειν τἀληθῆ, ἀλλ' αὐτοὶ ψευδόμενοι, καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι, ὀργὰς τοῖς ἀκούουσι κατὰ τῶν τὰ δίκαια πραττόντων παρασκευάζουσι. πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγνωθι τὸν νόμον. Νόμος. Οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει ἀδικεῖν, καὶ ὅπως μὲν μὴ ἀποθάνῃ, ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευεν. ἀποτίνειν δὲ ἕτοιμος ἦν χρήματα. ἐγὼ δὲ τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, τὸν δὲ τῆς πόλεως νόμον ἠξίουν εἶναι κυριώτερον, καὶ ταύτην ἔλαβον τὴν δίκην, ἣν ὑμεῖς δικαιοτάτην εἶναι ἡγησάμενοι, τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἐτάξατε, καὶ μὴ ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

Μαρτυρία. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ, τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῖν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαρρήδην εἴρηται τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν, ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. καίτοι δῆλον ὅτι εἴ τινα εἶχε ταύτης μείζω τιμωρίαν ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς, ἐποίησεν ἄν. νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνεσθαι. ἀνάγνωθι δέ μοι τοῦτον τὸν νόμον.

Νόμος. Ἀκούετε ἄνδρες, ὅτι κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον, ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν.

Sin autem mulierem hisce in rebus quibus morte mulctatur, iisdem supplicijs obnoxius sit. At qui sic iudices, ut uidetis minore eos mulcta qui uim cuiquam intulissent, quàm qui suadendo suam in sententiam tradidissent, legum lator plectendos uoluit. Nam illos morte, hosce uero duplo afficiũdos supplicio censuit. Putauit enim uim inferentes, à coactis odio haberi: suadentes uero ita eorum animos uitiare, ut obsequentiores sibi alienas uxores quàm uiri sint faciãt, omnemq; ipsis domum subijciant, incertumq; efficiãt uirorum filij, uirorum'ne, an mœchorum sint: pro quibus quidem legum lator mortis supplicio in eos animaduertendum duxit. Me igitur, iudices, leges ipsæ non decreuere solum iniuriarum absoluere, uerum ut & hanc de illo pœnam sumerem iussere. In uobis autem situm est iudices, utrum hasce leges firmas esse, an contẽni prorsus oporteat. Ego quidem arbitror ciuitates omnes eo leges ferre, quo quibus de rebus ambigamus, ad leges perfugiẽtes, quid nobis faciundum sit, intueamur. Hæ itaq; illos qui huiusmodi delicta patrauere tali mulcta plectendos iubẽt. Quare ut eadem ipsi, qua leges inspicimus, mente sitis & oro, & rogo. Neq; uero talem impunitatem adulteris facite, ut & fures hoc prætextu se adulteros fingant, non ignari, si talem de se excusationem adferant, & hoc nomine domos alienas se ingressos fuisse dicant, neminem præterea fore qui eos uel ausit attingere. Omnes enim ingredientur hac occasione, quod leges de adulteris latas irritari oportere inquiẽt, ac contra uestrã de ijs abrogandis sententiã ratã esse debere. Nam hoc unum omnium huius ciuitatis efficacissimum est suffragium. Considerate igitur iudices. Nam me accusant, tanquam ego ancillam illa die qua deprehensus est, iuuenem accersere iusserim. Verum non iniuste me facere arbitror, uiri Athenienses, si quomodocunque uxoris meæ corruptorem deprehendam. Si enim, quod susurrari audio, uerum ni fallor, iniuria, illum accedere iussissem, iam merito crimini forem obnoxius.

Quod

ἐὰν δὲ γυναῖκα ἐφ' αἷς τῶν ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν ταῖς αὐταῖς ἐνέχεσθαι. οὕτως ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι, ἢ τοὺς πείθοντας. τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην, ἡγούμενος τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, τοὺς δὲ πείσαντας οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι, καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι, ὁποτέρων τυγχάνουσιν ὄντες τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν μοιχῶν. ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον τιθεὶς θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν. ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι, οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες, ταύτην τὴν δίκην λαμβάνειν. ἐν ὑμῖν δὲ ἐστὶ πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι πάσας τὰς πόλεις διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι, ἵνα περὶ ὧν ἂν πραγμάτων ἀπορῶμεν, παρὰ τούτους ἐλθόντες σκεψώμεθα, ὅ,τι ἡμῖν ποιητέον ἐστίν. οὗτοι τοίνυν περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται, οἷς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν. εἰ δὲ μὴ τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὥστε καὶ τοὺς κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι, εὖ εἰδότας ὅτι ἐὰν ταύτην τὴν αἰτίαν περὶ ἑαυτῶν λέγωσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι, οὐδεὶς αὐτῶν ἅψεται. πάντες γὰρ εἴσονται, ὅτι τοὺς μὲν νόμους τῆς μοιχείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ψῆφον ὑμετέραν δεδιέναι. αὕτη γάρ ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη. σκέψασθε, ὦ ἄνδρες. κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετελθεῖν ἐκέλευσα τὸν νεανίσκον. ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, δίκαιον μὲν ἂν ποιεῖν ἡγούμην, ᾧτινι τρόπῳ τὸν τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν διαφθείραντα λαμβάνων. εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου, μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον, ἠδίκουν ἄν.

εἰ δὲ ἤδη

Quod si omnibus iam peractis, eum qui sæpenumero meam esset ingressus domum, quacunq; ratione cepissem, catum me profecto, prudentemq; uirum existimaritis. Verum animaduertite hæc ab istis mendacio dici, quã quidem rem facillime ex hisce intelligetis. Nam mihi uiri Athenienses, id quod & antea dixeram, Sostratus, quo amicissime familiarissimeq; uterer ad solis occasum ex agro redeũti obuiam factus cœnauit mecum. Is postea quã se pulchre in cœna inuitasset, cœnatus abijt domum. Atqui illud primum uelim memineritis, animóque uersetis uiri Athenienses, si ea nocte insidias Heratostheni tẽdere potuissem, quod mihi potius fuerat, aut apud alium cœnare, aut cœnaturum mecum inducere. Sic enim minus ille ausus sit ingredi domum meam. Deinde uideár ne uobis, eũ qui mecum cœnarat, dimisso me, solum relinqui, ac deseri: an potius iubere is apud me maneret, quo mecum unà mœchũ plecteret. Nolim deinde uobis sim uisus iudices, familiaribus interdiu mandauisse, iussisseq; in eorum aliquam, qui in proximo habitarent, amicorum domum congregarentur, magis quàm ubi extemplo rem noctu sensissem, circumcursasse, inscius quem domi, quem foris, offenderem, & si ad Armodium ac Dinem qui haud quaquam aderant ueni. Hos enim abesse nesciebam, alios autem domi non offendissem. Quos autem licuit mecum sumens profectus sum. At qui si rem præscissem nónne putatis, & seruos præparassem, amicisq; demandassem, ut ipse quàm tutissime ingrederer? Quid enim scire poteram, si quid ille ferri secum haberet. An quo pluribus cum testibus rem conficerem? Nunc autem futurorum nescius, per id noctis, quos licuit assumpsi mecum, quarum rerum uos mihi testes adeste. TESTES Testium dicta audistis uiri Athenienses, considerate uero, ac uobiscum animo uolutate, ita hac de re quæritantes, si quæ mihi aduersus Heratosthenẽ inimicitiæ unquã fuerint. Præter hasce certe inuenietis nullas. Nam neq; me, couscriptis tabellis, unq; per calũnias accusauit, neq; ex

ἦν δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων, καὶ πολλάκις εἰσεληλυθότος εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμήν, ὃ τίνι ποτὲ τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτήν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην. σκέψασθε δὲ ὅτι καὶ ταῦτα ψεύδονται, ῥᾳδίως δὲ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε. Ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες, ὅπερ καὶ πρότερον εἶπον, φίλος ὢν σώστρατος καὶ οἰκείως διακείμενος, ἀπαντήσας ἐξ ἀγροῦ περὶ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει, καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπιὼν ᾤχετο. καίτοι πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε, ὅτι εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐγὼ ἐπεβούλευον ἐρατοσθένει, πότερον ἦν μοι κρεῖττον αὐτῷ ἑτέρωθι δειπνεῖν, ἢ τὸν συνδειπνήσοντα εἰσαγαγεῖν. οὕτω γὰρ ἂν ἧττον ἐτόλμησεν ἐκεῖνος εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν, εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφείς, μόνος καταλειφθῆναι, καὶ ἔρημος γενέσθαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μεῖναι, ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο. ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι, καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς οἰκίαν τῶν φίλων τὴν ἐγγυτάτω, μᾶλλον ἢ ἐπειδὴ τάχιστα ᾐσθόμην τῆς νυκτὸς περιτρέχειν, οὐκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι καταλήψομαι, καὶ ὅντινα ἔξω, καὶ ὡς ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας. οὐ γὰρ ᾔδειν, ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον. οὓς δὲ οἷός τε ἦν λαβὼν ἐβάδιζον. καίτοιγε εἰ προῄδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν, καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι, καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι, ἵν' ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσῄειν; τί γὰρ ᾔδειν, εἴ τι κἀκεῖνος εἶχε σιδήριον, ὡς μετὰ πλείστων δὲ μαρτύρων τὴν τιμωρίαν ἐποιούμην. νῦν δὲ οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἐσομένων ἐκείνῃ τῇ νυκτί, οὓς οἷός τε ἦν παρέλαβον, καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

Μαρτυρίαι. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες. σκέψασθε δὲ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς οὕτως περὶ τούτου τοῦ πράγματος ζητοῦντες, εἴ τις ἐμοὶ καὶ ἐρατοσθένει ἔχθρα πώποτε γεγένηται, πλὴν ταύτης, οὐδεμίαν γὰρ εὑρήσετε. οὔτε γὰρ συκοφαντῶν γραφάς με ἐγράψατο,

neq; ex urbe tentauit eicere,neq; priuatam aduersus me causam ullam egit,neq; improbi alicuius mihi facinoris eram con scius,quod ueritus ne quis crederet,eũ perdere concupierim, neq; si hæc patrauissem ditior fieri eius morte sperabam. Pleriq; & enim huiusmodi rerum gratia,mortem inuicem fabricãtur. Tantum itaq; oportet,aut maledictum,aut cõuitium,aut iurgium,aut contumelia,aut alia quæpiam inter nos contẽtio interuenit,at illum hominem nisi ea nocte,uideram nunquã. Quam igitur ob rem huiusmodi ipse periculum adijssem,nisi id in me ille delictum perpetrasset,quod unum omnium est maximum:deinde aduocatis testibus domũ egressus essem? Ac licuerat;si quidem iniuria cum perdere cupijssem,horum conscium mihi adesse neminem. Ego itaque uiri Athenienses haud pro me priuato hãc de scelestissimo homine mulctam, sed pro omni potius ciuitate sumptam existimo. Nã qui agere talia consueuerint,cum uiderint qualia præmia huiusmodi facinoribus posita sunt,minus aduersus alios errabunt,ubi scilicet & uos eadem esse mente intueantur. Sin uero secus faceƒre animati estis,longe præstiterit,latis iam legibus abrogatis, nouas ferre,quibus & his mulcta sancita sit,qui suas uxores cu stodierint:& his summa licentia constituta qui in eas deliquerint. Longe namq; id iustius sit,quã à legibus insidias ciuibus tendi,quæ scilicet iubent,si quis adulterum comprehenderit, quamuis in eum potestatem habeat,certamina uero grauiora sunt his qui susceperint iniuriam constituta,quam his qui præter leges in alienas uxores dedecus admiserint. Nam ipse nũc & de capite,& de fortunis,ac de reliquis rebus omnibus periclitor,quod ciuitatis legibus paruerim.

FINIS.

οὔ τι ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεχείρησεν, οὔ τι ἰδίας δίκας ἐδικάζετο, οὔ τι συνῄδει κακὸν οὐδὲν, ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται, ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι. οὔ τι εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἐλπίζον ποθὲν χρήματα λήψεσθαι. ἔνιοι γὰρ τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν, θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. τοσούτου τοίνυν δεῖ ἢ λοιδορία, ἢ παροινία, ἢ ἄλλη τις διαφορὰ ἡμῖν γεγονέναι, ὥστε οὐ ἑωρακὼς ἦν τὸν ἄνθρωπον πώποτε πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. τί οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; ἔπειτα παρακαλέσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτης γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης. οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσονται, ἐὰν καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. εἰ δὲ μὴ, πολὺ κάλλιον, τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν, πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι. πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον, ἢ ὑπὸ τῶν νόμων τοὺς πολίτας ἐνεδρεύεσθαι. οἳ κελεύουσι μὲν ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ τι ἂν βούληται χρῆσθαι. οἱ δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθεστήκασιν, ἢ τοῖς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω, ὅτι τοῖς τῆς πόλεως νόμοις ἐπειθόμην.

ΤΕΛΟΣ.

LYSIAE ORATORIS, FVNEBRIS ORATIO PRO

iјs Atheniensibus qui Corinthiјs aduersus Lacedæmonios auxiliū ferentes prælio interiere.

SI FIERI posse existimarem, ó uiri, qui huic funeri adestis, ut eorum qui hoc loci conditi sunt, fortium uirtus hominū oratione ostendi posset, accusarem profecto illos qui paucos dies de istorum laudibus dicendum statuissent. Sed cum neq; omnis ætas cunctis mortalibus parem orationem præclaris horum facinoribus præstare quiret: eo & ipsa ciuitas uidetur mihi breue temporis curriculum præscripsisse, quippe quæ his consulere uoluerit, qui hic uerba facturi sunt. Sic enim illos ueniam ab auditoribus facilius assecuturos arbitrabatur. Verum tamen hac mihi de re oratio est habenda. Certamen tamen omne non circa horum res gestas, sed aduersus eos qui antea de istorum laudibus dixere, uersatur. Tātam enim horum uirorum inaudita & incredibilis penè uirtus ubertatem, tantam materiam, tantam copiam præstitit, & his qui poëmate ualent, & his qui dicendi elegantia uti uolūt, ut & multa quidem & pulchra, iј qui de ipsis antea uerba habuere planè dixerint: multa uero, & ab illis relicta fuerint, quæ satis superq; dicendi argumenta posteris omnibus allatura sint. Nullius enim iј neq; terræ, neq; maris cuiuspiam rudes extitere. Vbique immortales horum uirtutes celebrantur.

Primum

ΛΥΣΙΟΥ ΤΟΥ

ῬΗΤΟΡΟΣ ἘΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ ΤΟΙ͂Σ ΚΟΡΙΝΘΙΩ͂Ν ΒΟΗΘΟΙ͂Σ.

Εἰ μὲν ἡγούμην οἷόν τε εἶναι, ὦ παρόντες, ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ, λόγῳ δηλῶσαι τὴν τῶν ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν ἀρετὴν, ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ᾽ αὐτοῖς δι᾽ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν. ἐπειδὴ δὲ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ πᾶς χρόνος οὐχ ἱκανὸς λόγον ἴσον παρασκευάσαι τοῖς τούτων ἔργοις, διὰ τοῦτο καὶ ἡ πόλις μοι δοκεῖ προνοουμένη τῶν ἐνθάδε λεγόντων, ἐξ ὀλίγου τὴν πρόσταξιν ποιεῖσθαι, ἡγουμένη οὕτως ἂν μάλιστα συγγνώμης αὐτοὺς παρὰ τῶν ἀκουσάντων τυγχάνειν, ὅμως δὲ ὁ μὲν λόγος μοι περὶ τούτων, ὁ δ᾽ ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρότερον ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰρηκότας, τοσαύτην γὰρ ἀφθονίαν παρεσκεύασεν ἡ τούτων ἀρετὴ, καὶ τοῖς ποιεῖν δυναμένοις, καὶ τοῖς εἰπεῖν βουληθεῖσιν, ὥστε καλὰ μὲν πολλὰ τοῖς προτέροις, περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ἐκείνοις παραλελεῖφθαι, ἱκανὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἐξεῖν εἰπεῖν. οὔτε γὰρ γῆς ἄπειροι, οὔτε θαλάττης οὐδεμιᾶς, πανταχοῦ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, οἱ τὰ αὑτῶν πενθοῦντες κακὰ τὰς τούτων ἀρετὰς ὑμνοῦσι.

Primum itaq; uetera maiorum pericula pro celebrata famæ memoria enarrabo. Dignum est enim ut omnes homines illorum meminerint,& in præconijs cantuum extollendo,& in fortium uirorum monumentis dictitando,& in huiusmodi tempestate honoribus prosequendo,& in defunctorum operibus superstites erudiendo. Amazones enim Martis olim filiæ fuere: eæ ad Thermodontem fluuium habitabant. Quæ quidẽ solæ inter finitimos ferro armatæ, primæ omniũ equos ascendẽre. His autem usæ insperato ob imperitiam repugnantium,& fugientes consequebantur,& insequentes longe relinquebant. Putabãturq; ob animorum magnitudinem, uiri potius quàm ob sexum mulieres. Magis nanq; uiris animo præstare uidebantur, quàm specie cedere. Cum igitur permultis eæ gentibus imperitarent,& in seruitutem finitimos egissent ac de maximo huiusce urbis nomine splendoreq; accepissent, gloria & spe fretæ, assumptis bellacissimis nationibus aduersus hanc urbem exercitum ductauere, ubi probos nactæ uiros, ingenio similes animos reddiderunt. Et priore illa frustratæ opinione, ex periculorum potius magnitudine mulieres, quàm ex dissimilitudine corporum uisæ sunt. Quibus certe solis non licuit ex erratis cõmonefactis, quod factum melius in posterum foret consulere, neq; domum redeuntes,& suam nunciare calamitatem,& nostrorum patrum uirtutem referre potuerunt. Nam in hoc loco pereuntes,& amentiæ pœnam dantes, huius quidem urbis ob uirtutis decus, immortalẽ memoriam effecere, suam uero patriam, ob eam quam hic cladẽ suscepissent, obscuram & ignobilem reddidere. Illæ itaque quæ alienum solum iniuria concupissent, suum iure perdiderunt. Adrasto autem atque Polynice aduersus Thebas legiones ductitantibus, ac prælio superatis, cũ Thebani humari cadauera prohiberent, Athenienses, ubi secum æstimassent,

illos si

πρῶτον μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς κινδύνους τῶν προγόνων δίειμι, μνήμην παρὰ τῆς φήμης λαβών. ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνοῦντας μὲν ἐν ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δ᾽ ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν γνώμαις, τιμῶντας δ᾽ ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς τοιούτοις, παιδεύοντας δ᾽ ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων λόγοις τοὺς ζῶντας. ἀμαζόνες μὲν γὰρ ἄρεος μὲν τὸ παλαιὸν θυγατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν θερμώδοντα ποταμόν, μόναι μὲν ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτάς, πρῶται δὲ τῶν πάντων ἐφ᾽ ἵππους ἀναβᾶσαι, οἷς ἀνελπίστως δι᾽ ἀπειρίαν τῶν ἐναντίων, ᾕρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας. ἐνομίζοντο δὲ διὰ τὴν εὐψυχίαν μᾶλλον ἄνδρες, ἢ διὰ τὴν φύσιν γυναῖκες. πλέον γὰρ ἐδόκουν τῶν ἀνδρῶν ταῖς ψυχαῖς διαφέρειν, ἢ ταῖς ἰδέαις ἐλλείπειν. ἄρχουσαι δὲ πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἔργῳ μὲν τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλωμέναι, λόγῳ δὲ περὶ τῆσδε τῆς χώρας ἀκούουσαι κλέος μέγα, πολλῆς δόξης καὶ μεγάλης ἐλπίδος χάριν, παραλαβοῦσαι τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν, ἐστράτευσαν ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν. τυχοῦσαι δ᾽ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὁμοίας ἐκτήσαντο τὰς ψυχὰς τῇ φύσει, καὶ ἐναντίαν τῆς δόξαν τῆς προτέρας λαβοῦσαι, μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων, ἢ ἐκ τῶν σωμάτων ἔδοξαν εἶναι γυναῖκες. μόναις δ᾽ αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρτημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύσασθαι, οὐδ᾽ οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν, καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν. αὐτοῦ γὰρ ἀποθανοῦσαι, καὶ δοῦσαι δίκην τῆς ἀνοίας, τῆς μὲν τῆσδε πόλεως διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον μνήμην ἐποιήσαντο, τὴν δὲ ἑαυτῶν πατρίδα, διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν, ἀνώνυμον κατέστησαν. ἐκεῖναι μὲν οὖν τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι, τὴν αὑτῶν δικαίως ἀπώλεσαν. ἀδράστου δὲ καὶ πολυνείκους ἐπὶ θήβας στρατευσάντων, καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, οὐκ ἐώντων τῶν καδμείων θάπτειν τοὺς νεκρούς, ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι

ἐκείνους

